sanna filio dauid. bn̄
dictus qui uenit in no
mine domini. Quo p̄
lecto. duo fr̄es ecclīam in

trent. et clauso hostio can
tent hos uersus. uersi ad p̄ces
sionem. V.

Gloria laus et ho
nor tibi sit rex xp̄e re
demptor. Cui puerile
decus prompsit osanna
pium. V. Israhel es
tu rex dauidis et inclita
ꝓles nomine qui in domi
ni rex benedicte uenis.
Cui. V. Cetus in ex
celsis te laudat celicus
omnis. ⁊ mortalis homo

cuncta creata simul. Glo
ria laus. Plebs he
brea tibi cum palmis ob
viavenit cum prece voto
ymnis. assumus ecce tibi.
Hic duo fratres re
Cui petant. Gloria. R.
Ad ingressum ecclesie. R.
Ingrediente domi
no in sanctam ci vi
ta tem hebreorum pu
e ri resurrectione vite
pronunciantes. Cum ra
mis palma rum osan
na clama bant in ex
cel sis. Cum audis
set populus quia ihesus ve
nit ierosoli mam exie
runt ob viam e i.
Cum ra. Deinde sequatur missa sollempniter de tercia hora.
Dominica in palmis statio ad sanctum Iohannem ad lateranum. Indulgentie. an. iiii. et xl. dies.
Domine ne longe facias auxilium tuum a me ad defensionem meam aspice libera me de ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam.
Ps. Deus deus respice in me. quare me dereliquisti.
Col lec ta.

Cum ps semp. ds. qui
humano generi ad
imitandum humilitatis
exemplum. saluatorem
nrm carnem sumere. et
crucem subire fecisti.
concede propicius. ut et pa
cientie ipsius habere do
cumenta. et resurrec
tionis consortia mere
amur. p. e. Ad philipens.

Fres. Hoc sentite
in uobis. qd et in xpo
ihu. Qui cum in forma
dei esset. non rapinam ar
bitratus est esse se equale
deo. sed semet ipm exinani
uit formam serui acci
piens. in similitudinem
hominum factus. et ha
bitu inuentus ut homo.
Humiliauit semet ipm
factus obediens usque ad
mortem. mortem autem
crucis. Propter qd et ds
illum exaltauit. et dona
uit illi nomen qd est sup
omne nomen. ut in no
mine ihu omne genu
flectatur. celestium. ter
restrium. et infernorum.
Et omnis lingua confite
atur. quia dominus ihc
xpc. in gla e dei patris. Gr.

Tenuisti manum der
teram meam et in uoluntate
mea deduxisti me et cum
gla suscepisti me. V. Quam
bonus israel ds rectis corde.
mei aut pene moti sunt
pedes pene effusi sunt gres
sus mei quia zelaui in
peccatoribus pacem peccatorum uidens.

Deus ds meus Tr.
respice in me quare
me dereliquisti. V. Lon
ge a salute mea uerba de
lictorum meorum. V. Deus
meus clamabo per diem nec
exaudies et nocte et non
ad insipientiam michi. V.
Tu autem in sancto habi
tas laus israel. V. In te spe
rauerunt patres nostri spe
rauerunt et liberasti eos. V. Ad
te clamauerunt et salui fac
ti sunt in te sperauerunt et
non sunt confusi. V. Ego
aut sum uermis et non
homo obprobrium hominum
et abiectio plebis. V. Om
nes qui uidebant me asp
nabantur me locuti sunt
labiis et mouerunt caput.
V. Sperauit in domino e
ripiat eum saluum faciat
eum quoniam uult eum. V.
Ipsi uero considerauerunt
et inspexerunt me diuise
runt sibi uestimenta mea

et sup uestem meā mis-
unt sortem. ℣. Libe-
ra me de ore leonis et a
cornib; unicornium
humilitatem meam. ℣.
Qui timetis dn̄m lau-
date eum uniuersum se-
men iacob magnificate
eum. ℣. Annunciabit
dn̄o generatio uentura
et annunciabunt celi ius-
ticiam eius. ℣. Populo
qui nascetur quem fe-
cit dominus. In matutina
lumissa et priuatim le-
gatur hoc euangelium
Nillo. t. S. Matheum.
Cum appropinquasset
ihc iherosolimis. et ue-
nisset bethphage ad mon-
tem oliueti: tunc misit
duos discipulos dicens
eis. Ite in castellum qd
contra uos est: et statim
inuenietis asinam al-
ligatam et pullum cū
ea. Soluite: et adduci-
te michi. Et si quis uo-
bis aliquid dixerit: di-
cite quia dn̄s his op⁹
habet. et confestim di-
mittet eos. Hoc autē
totum factum est: ut ad-
impleretur qd dictum
ē p ꝓphetam dicentem.

Dicite filie syon. Ecce
rex tuus uenit tibi
mansuetus: et sedens
sup asinam et pullum
filium subiugalis. Lun-
tes aut discipuli. Fece-
runt sicut precepit
illis ihc. Et adduxerunt
ei asinam et pullum:
et imposuerunt sup e-
os uestimenta sua. et
eum desup sede fecerunt.
Plurima autem turba
strauerunt uestimenta
sua in uia. Alii autē ce-
debant ramos de arbo-
ribus: et sternebant in
uia. Turbe autē que
pcedebant et que seq̄-
bantur: clamabant
dicentes. Osanna filio
dauid: bn̄dictus qui
uenit in nomine dn̄i.
Ad maiorem uo missam
legatur hoc Passio dn̄i
nr̄i ihu xp̄i: secundū
Mathm. Gliandi dn̄e
Nillo. t. dixit ihc dis. s.
Scitis quia post
biduum pascha
fiet: et filius ho-
minis tradetur ut cru-
cifigatur. Tunc con-
gregati sunt principes
sacerdotum et seniores

ppli. matrum principis sac
dotum qui dicebatur cay
phas. et consilium fecerunt
ut ihm dolo tenerent et oc
cident. Dicebant autem.
Non in die festo. Ne forte
tumultus fieret in pplo.
Cum aut esset ihc in betha
nia in domo symonis le
prosi. accessit ad eum muli
er habens alabastrum un
guenti pretiosi. et effudit
sup caput ipius recum
bentis. Videntes aut dis
cipuli. indignati sunt di
centes. Ut quid perditio hec.
Potuit enim istud venum
dari multo. et dari pau
peribus. Sciens aut ihc. ait
illis. Quid molesti estis
huic mulieri. Opus bo
num. operata est in me.
Nam semp pauperes habe
tis vobiscum. me aute
non semp habebitis. Mit
tens enim hec unguen
tum hoc in corpus meum.
ad sepeliendum me fecit. A
men dico vobis. ubicumq
predicatum fuit hoc euan
gelium in toto mundo. di
cetur. et qd hec fecit in me
moriam eius. Tunc abut
unus de duodecim qui
dicitur iudas scarioth ad

principes sacdotum. et
ait illis. Quid vultis mi
dare. et ego vobis eum tra
dam. At illi constituerunt
ei triginta argenteos.
Et exinde querebant o
portunitatem. ut eum
traderet. Prima aut die
azimorum. accesserunt dis
cipuli ad ihm dicentes.
Ubi vis paremus tibi co
mede pascha. At ihc dixit.
Ite in civitatem ad quen
dam. et dicite ei. Magister
dicit. Tempus meum prope
est. apud te facio pascha
cum discipulis meis. Et
fecerunt discipuli sicut co
stituit illis ihc. et para
verunt pascha. Vespere
aut facto. discumbebat cum
duodecim discipulis suis.
Et edentibus illis. dixit. A
men dico vobis. quia un
us vestrum me traditurus est.
Et contristati valde. cepe
runt singuli dicere. Numquid
ego sum dne. At ipse res
pondens ait. Qui intin
git mecum manum in pa
mpside. hic me tradet.
Filius quidem hominis
vadit. sicut scriptum est
de illo. Ve aut homini
illi. per quem filius hois

tradetur. Bonum erat
illi si natus nõ fuisset
homo ille. Respondens
autẖ iudas qui tradidit
eum. dixit. Numquid
ego sum rabbi. Ait illi
Tu dixisti. Cenantibus
autẖ eis. accepit ihe pa
nem et benedixit ac fre
git. deditq; discipulis
suis. Et ait. Accipite et
comedite. Hoc est corpus
meum. Et accipiens ca
licem. gratias egit. Et dedit
eis dicens. Bibite ex
hoc omnes. Hic est enim
sanguis meus noui
testamenti. qui pro multi
bus effundetur in remis
sionem peccatorum. Dico
autẖ uobis. nõ bibam
amodo de hoc genimi
ne uitis. usq; in diem
illum cum illud bibam
uobiscum nouum in regno
patris mei. Et ymno
dicto. exierunt in mon
tem oliueti. Tunc dixit
illis ihe. Omnes uos scan
dalum patiemini in me
in ista nocte. Scriptum
est enim. Percutiam pas
torem. et dispergentur
oues gregis. Postquam
autẖ resurrexero. pre
cedam uos in galileam.
Respondens autẖ petrus
ait illi. Et omnis scanda
lizatus fuerit in te. ego nu
quam scandalizabor. Ait
illi ihe. Amen dico tibi.
quia in hac nocte antẖ
quam gallus cantet. ter
me negabis. Ait illi pe
trus. Etiam si oportue
rit me mori tecum. nõ
te negabo. Similiter et
omnes discipuli dixerunt. Tu
nenit ihe cum illis in uil
lam que dicitur gethse
mani. et discipulis suis.
Sedete hic. donec uadam
illuc et orem. Et assumpto
petro et duobus filiis zebe
dei. cepit contristari et
mestus esse. Tunc ait illis.
Tristis est anima mea.
usq; ad mortem. Sustine
te hic. et uigilate mecum.
Et progressus pusillum.
procidit in faciem suam o
rans et dicens. Si pater.
si possibile est. transeat
a me calix iste. Verumta
men non sicut ego uolo.
sed sicut tu. Et uenit ad
discipulos suos. et inue
nit eos dormientes. Et
dixit petro. Sic non po
tuistis una hora uigila

re mecum. Vigilate et
orate. ut non intrens
in temptationem. Spe
quidem promptus est. caro
autem infirma. Iterum secundo
abiit. et orauit dicens.
Pater mi. si non potest
hic calix transire nisi bi
bam illum. fiat uoluntas
tua. Et uenit iterum. et in
uenit eos dormientes.
Erant enim oculi eorum gra
uati. Et relictis illis. iterum
abiit. et orauit tercio
eundem sermonem di
cens. Tunc uenit ad dis
cipulos suos. et dicit
illis. Dormite iam. et
requiescite. Ecce appropinqua
bit hora. et filius homi
nis tradetur in manus
peccatorum. Surgite eamus.
ecce appropinquabit qui
me tradet. Adhuc ipso
loquente. ecce iudas u
nus de duodecim uenit.
et cum eo turba multa
cum gladiis et fustibus.
missi a principibus sacerdo
tum et senioribus populi.
Qui autem tradidit eum.
dedit illis signum dicens.
Quemcumque osculatus fu
ero ipse est. tenete eum.
Et confestim accedens

ad ihesum. dixit. Aue rabbi.
Et osculatus est eum.
Dixitque illi ihesus. Amice
ad quid uenisti. Tunc
accesserunt et manus in
iecerunt in ihesum. et te
nuerunt eum. Et ecce
unus ex his qui erat
cum ihesu. extendens ma
num exemit gladium
suum. et percutiens ser
uum principis sacerdotum.
amputauit auriculam
eius. Tunc ait illi ihesus.
Conuerte gladium tuum
in locum suum. Omnes
enim qui acceperint gla
dium. gladio peribunt.
An putas quia non pos
sum rogare patrem me
um. et exhibebit michi
modo plus quam duo
decim legiones legio
nes angelorum. Quomodo
ergo implebuntur scrip
ture. quia sic oportet
fieri. In illa hora. dixit
ihesus turbis. Tanquam
ad latronem existis cum
gladiis et fustibus com
prehendere me. Cottidie
apud uos sedebam do
cens in templo. et non
me tenuistis. Hoc autem
totum factum est. ut imple

retur scripture prophetarum.
Tunc discipuli omnes
relicto eo fugiunt. At
illi tenentes ihesum duxe
runt ad caypham prin
cipem sacerdotum ubi
scribe et seniores con
uenerant. Petrus autem
sequebatur eum a lon
ge usque in atrium prin
cipis sacerdotum. Et in
gressus intro sedebat
cum ministris ut uide
ret finem. Principes
autem sacerdotum et omne
concilium querebant fal
sum testimonium contra
ihesum ut eum morti tra
derent. Et non inuene
runt cum multi falsi
testes accessissent. No
uissime autem uenerunt du
o falsi testes et dixerunt.
Hic dixit. Possum de
struere templum dei et
post triduum reedifi
care illud. Et surgens
princeps sacerdotum ait
illi. Nichil respondes ad
ea que isti aduersum te
testificantur. Ihesus autem ta
cebat. Et princeps sacerdo
tum ait illi. Adiuro te
per deum uiuum ut dicas
nobis si tu es xpc filius

dei. Dicit illi ihesus. Tu dixis
ti. Verumtamen dico uo
bis amodo uidebitis fi
lium hominis sedentem
a dextris uirtutis dei et
uenientem in nubibus
celi. Tunc princeps sacer
dotum scidit uestimen
ta sua clicens. Blasphe
mauit. Quid adhuc ege
mus testibus. Ecce nunc
audistis blasphemiam.
Quid uobis uidetur. At
illi respondentes dixerunt.
Reus est mortis. Tunc
expuerunt in faciem eius
et colaphis eum ceciderunt.
Alii autem palmas in fa
ciem ei dederunt dicentes.
Prophetiza nobis xpe.
Quis est qui te percussit.
Petrus uero sedebat foris
in atrio. Et accessit ad
eum una ancilla dicens.
Et tu cum ihesu galileo e
ras. At ille negauit co
ram omnibus dicens. Nes
cio quid dicis. Exeunte
autem illo ianuam uidit
eum alia ancilla et ait
his qui erant ibi. Et hic
erat cum nazareno. Et
iterum negauit cum iura
mento quia non noui
hominem. Et post pusil

lum; accesserunt qui stabant.
et dixerunt petro. Vere et tu
ex illis es. nam et loquela
tua manifestum te facit.
Tunc cepit detestari et iu
rare. quia non novisset ho
minem. Et continuo gallus
cantavit; Et recordatus est
petrus verbi ihesu quod dixerat.
prius quam gallus cantet.
ter me negabis; Et egres
sus foras. flevit amare.
Mane autem facto. consilium
inierunt omnes principes sa
cerdotum et seniores populi
adversus ihesum. ut eum mor
ti traderent. Et vinctum
adduxerunt eum. et tradi
derunt eum pontio pylato pre
sidi. Tunc videns iudas
qui eum tradidit quia
dampnatus esset. penitentia
ductus. retulit trigin
ta argenteos principibus sa
cerdotum et senioribus dicens.
Peccavi. tradens sangui
nem iustum. At illi dixerunt.
Quid ad nos. Tu videris.
Et proiectis argenteis in
templo. recessit. et abiens
laqueo se suspendit. Princi
pes autem sacerdotum accep
tis argenteis. dixerunt.
Non licet mittere eos in
corbanam. quia precium

sanguinis est. Consilio autem
inito. emerunt ex illis a
grum figuli. in sepulturam
peregrinorum. Propter hoc voca
tus est ager ille achelde
mach. hoc est ager sangui
nis. usque in hodiernum
diem. Tunc impletum est
quod dictum est per iheremiam
prophetam dicentem. Et accep
erunt triginta argenteos pre
cium appreciati quem appre
ciaverunt a filiis israel. et de
derunt eos in agrum figu
li. sicut constituit michi
dominus. Ihesus autem stetit ante
presidem. Et interrogavit e
um preses dicens. Tu es rex
iudeorum. Dicit illi ihesus.
Tu dicis. Et cum accusare
tur a principibus sacerdotum
et senioribus. nichil respon
dit. Tunc dicit illi pylatus.
Non audis quanta adver
sum te dicunt testimonia.
Et non respondit ei ad
ullum verbum. ita ut mi
raretur preses vehementer.
Per diem autem sollempnem.
consueverat preses dimittere
populo unum vinctum quem
voluissent. Habebat autem
tunc unum vinctum in
signem. qui dicebatur bar
rabas. Congregatis ergo

illis: dixit pylatus. Quem
uultis dimittam uobis.
barraban an ihm qui di
citur xpc. Sciebat enim
qd ppt p inuidiam tra
didissent eum. Sedente
aut illo p tribunali: mi
sit ad eum uxor eius di
cens. Nichil tibi et iusto
illi. Multa enim passa
sum hodie p uisum: ppt
eum. Principes aut sacer
dotum et seniores psuas
unt ppls ut petent bar
raban: ihm uero pdent.
Respondens aut preses
ait illis: Quem uultis
uobis de duob; dimitti.
At illi dixerunt Barraban.
Dicit illis pylatus. Quid
g faciam de ihu qui dici
tur xpc. Dicunt omnes:
Crucifigatur. Ait illis p
ses. Quid enim mali fe
cit. At illi clamabant
dicentes. Crucifigatur.
Videns aut pylat quia
nichil pficeret: s; magis
tumultus fieret: accepta
aqua lauit manus coram
ppls dicens. Innocens
ego sum a sanguine ius
ti huius: uos uiditis.
Et respondens uniuersus
ppls dixit. Sanguis eius

sup nos: et sup filios nros.
Tunc dimisit illis bar
raban: ihm aut flagella
tum tradidit eis ut cru
cifigeretur. Tunc milites
psidis suscipientes ihm
in pretorio: congregauerunt
ad eum uniuersam cohor
tem. Et exuentes eum:
clamidem coccineam cir
cumdederunt ei. Et plecten
tes coronam de spinis po
suerunt sup caput eius:
et harundinem in dextera
eius. Et genu flexo ante
eum: illudebant dicen
tes. Aue rex iudeorum. Et ex
puentes in eum: acceperunt
harundinem et percuciebant
caput eius. Et postqm
illuserunt ei. exuerunt
eum clamide. et induerunt
eum uestimentis eius: et
duxerunt eum ut crucifig
erent. Exeuntes aut: inue
nerunt hominem cyreneum
nomine symonem. Hunc
angariauerunt: ut tolle
ret crucem eius. Et uene
runt in locum qui dicitur
golgotha: qd est caluarie
locus. Et dederunt ei uinum
bibere: cum felle mixtum.
Et cum gustasset: noluit
bibere. Postqm aut cru

crucifixerunt eum: diuiserunt
uestimenta eius. sortem
mittentes. ut adimple
retur quod dictum est per pro
phetam dicentem. Diuise
runt sibi uestimenta mea:
et super uestem meam mi
serunt sortem. Et seden
tes: seruabant eum. Et
imposuerunt super caput
eius causam ipsius scrip
tam: Hic est ihesus rex iudeorum.
Tunc crucifixi sunt cum
eo duo latrones: unus
a dextris et unus a sinistris.
Pretereuntes autem blasphe
mabant eum: mouen
tes capita sua et dicentes.
Vah. qui destruit tem
plum dei: et in triduo
illud reedificat. Salua
temet ipsum. Si filius dei
es: descende de cruce.
Similiter et principes sa
cerdotum illudentes cum
scribis et senioribus: dice
bant. Alios saluos fe
cit: se ipsum non potest
saluum facere. Si rex
israel est descendat nunc
de cruce: et credimus ei.
Confidit in deo: liberet
eum nunc si uult. Dixit
enim: quia filius dei sum.
Id ipsum autem et latrones
qui crucifixi erant cum eo:
improperabant ei. A sexta
autem hora. tenebre fac
te sunt super uniuersam ter
ram: usque ad horam no
nam. Et circa horam no
nam: clamauit ihesus uoce
magna dicens. Hely.
hely. lamasabacthany.
hoc est. Deus meus: deus
meus: ut quid dereliquis
ti me. Quidam autem illic
stantes et audientes: di
cebant. Helyam uocat is
te. Et continuo currens u
nus ex eis. acceptam spon
giam impleuit aceto: et
imposuit harundini. et
dabat ei bibere. Ceteri uero
dicebant. Sine: uideamus
an ueniat helyas liberans
eum. Ihesus autem iterum cla
mans uoce magna: e
misit spiritum. Et ecce uelum Sic orat [illegible]
templi scissum est in duas
partes: a summo usque de
orsum. Et terra mota est.
et petre scisse sunt: et
monumenta aperta sunt:
et multa corpora sanctorum
qui dormierant surrex
erunt. Et exeuntes de mo
numentis post resur
rectionem eius. uenerunt
in sanctam ciuitatem: et

apparuerunt multis.
Centurio aut et qui cum
eo erant custodientes
ihesum. uiso terremotu et his
que fiebant timuerunt
ualde dicentes. Vere filius
dei erat iste. Erant aut
ibi mulieres multe alon
ge que secute erant ihesum
a galylea ministrantes
ei. Inter quas erat maria
magdalene. et maria ia
cobi. et ioseph mater. et
mater filiorum zebedei.
Cum sero aut factum esset. ue
nit quidam homo diues ab
arimathia nomine io
seph qui et ipse discipulus e
rat ihesu. Hic accessit ad py
latum et petiit corpus
ihesu. Tunc pylatus iussit
reddi corpus. Et ac
cepto corpore ioseph. inuol
uit illud in syndone mun
da. et posuit illud in mo
numento suo nouo quod
exciderat in petra. Et ad
uoluit saxum magnum
ad ostium monumenti.
et abiit. Erat aut ibi ma
ria magdalene et altera
maria sedentes contra
sepulchrum. Altera aut
die que est post parasce
uem conuenerunt prin

cipes sacerdotum et pharisei
ad pylatum dicentes. Do
mine recordati sumus
quia seductor ille dixit
adhuc uiuens. post tres
dies resurgam. Iube ergo
custodiri sepulchrum usque
in diem tertium. ne for
te ueniant discipuli eius
et furentur eum. et dicant
plebi. surrexit a mortuis.
Et erit nouissimus er
ror peior priore. Ait il
lis pylatus. Habetis cus
todiam. ite custodite sicut
scitis. Illi aut abeuntes
muniuerunt sepulchrum
signantes lapidem cum custodibus.
Improperium expecta off.
uit cor meum et miseriam
et sustinui qui simul contris
taretur et non fuit consola
tem me quesiui et non inue
ni et dederunt in escam meam
fel et in sitim meam potauerunt me
Concede Serr. | acceto.
quesumus omnipotens domine ut
oculis tue maiestatis
munus oblatum et gratiam
nobis deuotionis optine
at. et effectum beate per
hennitatis acquirat. p. co
Pater si non potest hic ca
lix transire nisi bibam illum
fiat uoluntas tua. pt com.

Per huius dñe operationem mysterii. et vicia nr̃a purgentur. et iusta desideria cõpleantur. p.
Feria ii. ad s. Nereum et Achilleum q̃dragintа dies.
Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum et exurge in adiutorium meum domine virtus salutis mee.
Effunde fram̃. et cõclude adversus eos q̃ p̃secuntur me.
Da q̃s omp̃s d̃s. colla.
ut qui in tot adversis ex nr̃a infirmitate deficimus. intercedente unigeniti filii tui passione respiremus. p. e. lectio
Ad dieb; illis. ysaie ꝓphete.
Dixit ysaias. dñs d̃s aperuit michi aurem. ego aut̃ non contradico. retrorsum nõ abii. Corpus meum dedi percutientib; et genas vellentib; faciem meam non averti ab increpantib; et conspuentib; mine. Dominus d̃s auxiliator meus. ideo nõ sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam. et scio q̃m non confundar. Iuxta ẽ qui iustificat me. quis contradicet michi. Stemus simul. Quis est adversarius nr̃. Accedat ad me. Ecce dominus d̃s auxiliator m̃s. quis ẽ qui condempnet me. Ecce om̃s quasi vestimentum conterentur. tinea comedet eos. Quis ex vobis timens d̃m. audiens vocem servi sui. Qui sambulavit in tenebris. et nõ est lumen ei. speret in nomine domini. et innitatur in domino deo suo. Gr.
Exurge domine et intende iudicio meo deus meus et dominus meus in causam meam. V. Effunde frameam et conclude adversus eos qui me p̃secuntur. Sm̃ Iohem.
Ante sex dies pasche venit ihc bethaniam. ubi fuerat lazarus mortuus quem suscitavit. fecerunt aut̃ ei cenam ibi. et martha ministrabat. Lazarus vero. unus erat ex discumbentib; cum eo. Maria g̃ accepit libram unguenti narcti pistici preciosi. et unxit pedes ihu. et extersit capillis suis pedes eius. et domus impleta est ex odore unguenti. Dicit g̃ unus ex discipulis

eius iudas scariothis:
qui erat eum traditurus.
Quare hoc unguentum
non venit trecentis de
narijs et datum est ege
nis. Dixit autem hoc non
quia de egenis ad eum
pertinebat: sed quia fur e
rat et loculos habens ea
que mittebantur expor
tabat. Dixit ergo ihesus. Sine
illam: ut in diem sepultu
re mee servet illud. Pau
peres enim semper habetis
vobiscum: me autem non
semper habebitis. Cogno
uit ergo turba multa ex
iudeis quia illic esset: et
venerunt non propter ihesum
tantum: sed ut lazarum vide
rent quem suscitavit a
mortuis. Cogitaverunt
autem principes sacerdotum
ut lazarum interficerent:
quia multi propter illum
abibant ex iudeis. et cre
debant in ihesum. In crasti
num autem turba multa
que convenerat ad diem
festum. cum audissent
quia venit ihesus iherosoli
mam: acceperunt ramos
palmarum. et processerunt
obviam ei et clamabant.
O sanna. benedictus qui
venit in nomine domini:
rex israel. Et invenit ihesus
asellum et sedit super eum:
sicut scriptum est. Noli
timere filia syon: ecce
rex tuus venit. sedens
super pullum asine. Hec
non cognoverunt discipuli
eius primum: sed quando
glorificatus est ihesus tunc re
cordati sunt quia hec e
rant scripta de eo. et hec
fecerunt ei. Testimonium
ergo perhibebat turba que
erat cum eo. quando la
zarum vocavit de mo
numento: et suscitavit
eum a mortuis. Propterea
et obviam venit ei tur
ba: quia audierunt eum
fecisse hoc signum. Pha
risei ergo: dixerunt ad se
metipsos. Videtis quia ni
chil proficimus: Ecce mun
dus totus post eum abi
it. Erant autem gentiles
quidam ex hijs qui ascen
derant: ut adorarent in die
festo. Hii ergo accesserunt
ad philippum qui erat
a bethsaida galylee: et
rogabant eum dicentes.
Domine: volumus ihesum
videre. Venit philippus:
et dicit andree. Andreas

rursum et philippus dixe
runt ihu. Ihc autem respon
dit eis dicens. Venit
hora ut clarificetur fi
lius hominis. Amen
amen dico vobis nisi
granum frumenti ca
dens in terram mortuum
fuerit ipsum solum manet.
Si autem mortuum fuerit
multum fructum affert.
Qui amat animam suam
perdet eam. Et qui odit a
nimam suam in hoc mun
do in vitam eternam
custodit eam. Si quis mi
ministrat me sequatur.
Et ubi ego sum illic et
minister meus erit. Si
quis michi ministrauit
honorificabit eum
pater meus. Nunc anima
mea turbata est. Et quid
dicam. Pater salvifica
ex hac hora. Sed propterea ve
ni in hanc horam. Pater
clarifica tuum nomen.
Venit ergo vox de celo. Et
clarificaui et iterum clari
ficabo. Turba ergo que sta
bat et audierat dicebat
tonitruum factum esse. Alii
dicebant. Angelus ei locu
tus est. Respondit ihc et
dixit. Non propter me vox

hec venit sed propter vos. Nunc
iudicium est mundi nunc
princeps huius mundi ei
cietur foras. Et ego si exal
tatus fuero a terra omnia
traham ad meipsum. Hoc
autem dicebat significans
qua morte esset moriturus.
Respondit ei turba. Nos
audiuimus ex lege quia
xpc manet in eternum. Et
quomodo tu dicis exaltari
oportet filium hominis.
Quis est iste filius hominis.
Dixit ergo eis ihc. Ad huc
modicum lumen in vobis
est. Ambulate dum lucem
habetis ut non tenebre
vos comprehendant. Et
qui ambulat in tenebris
nescit quo vadat. Dum
lucem habetis credite in
lucem ut filii lucis sitis.
Hec locutus est eis ihc et
abiit et abscondit se ab eis.

Eripe me de inimicis meis domine ad te
confugi doce me facere vo
luntatem tuam quia
deus meus es tu. Secr.

Hec sacrificia nos
omnipotens deus potenti
virtute mundatos ad
suum faciant puriores
venire principium. P. co.

Erubescant et reuereantur
simul qui gratulantur ma
lis meis induantur pudo
re et reuerentia qui ma
ligna locuntur ~~sup~~ me. P
Predicant nobis com.
domine diuinum
tua sancta feruorem.
quo eorum parit actu
delectemur et fructu. P.
Adiuua Sup psalm.
nos deus salutaris
nr. et ad beneficia recole
da. quibus nos instaura
re dignatus es. tribue
uenire gaudentes. P.
Feria iii. ad scam pruscam
Nos aut glori xl. d.
ari oportet in cruce
domini nri ihu xpi
in quo est salus uita et re
surrectio nra per quem sal
uati et liberati sumus. P.
Deus misereatur nri et bn. no.
illu. vl. s. sr. n. et mis. nri.
Omnipotens semp. collect.
deus. da nobis ita do
minice passionis sacra
menta pagere. ut in
dulciam percipere merea
mur. P. Ihemie. pphe.
In diebus illis. Dixit
ihereuias. Domine de
monstrasti michi et ag
noui. tu ostendisti mi
chi studia eorum. Et ego q
si agnus mansuetus qui
portatur ad uictimam.
et non cognoui quia cogi
tauerunt super me consi
lia dicentes. Venite mit
tamus lignum in panem
eius. et eradamus eum
de terra uiuentium. et no
men eius non memore
tur amplius. Tu autem
domine sabaoth. qui iu
dicas iuste et probas re
nes et corda. uideam
queso ultionem tuam ex
eis. Tibi enim reuelaui
causam meam. domi
ne deus meus. G 87.
Ego autem cum molesti
essent induebam me
cilicio et humiliabam in ie
iunio animam meam et
oratio mea in sinu meo con
uertetur. Y. Iudica domi
ne nocentes me expugna
impugnantes me apprehende
arma et scutum et
exurge in adiutorium
michi. Passio domini
nri ihu. scdm mar
cum. Non dicitur
hic. gloria tibi dne.
In illo t. Erat
pascha. et azima
post biduum. et que

rebant summi sacerdotes
et scribe: quomodo ihesum do
lo tenerent et occiderent.
Dicebant enim. Non in die
festo: ne forte tumultus
fieret populi. Et cum esset ihesus
bethanie in domo symo
nis leprosi et recumberet:
venit mulier habens a
labastrum unguenti nar
di spicati pretiosi et fracto
alabastro effudit super ca
put eius. Erant autem
quidam indigne feren
tes intra semetipsos: et di
centes. Ut quid perditio is
ta unguenti facta est:
Poterat enim unguentum
istud venundari plus quam
trecentis denariis: et dari
pauperibus. Et fremebant
in eam. Ihesus autem dixit. Si
nite eam. Quid illi moles
ti estis. Bonum opus:
operata est in me. Semper
enim pauperes habetis vo
biscum: et cum volueritis
potestis illis benefacere.
Me autem: non semper habe
bitis. Quod habuit hoc fe
cit: preuenit ungere cor
pus meum in sepulturam.
Amen dico vobis: ubicum
que predicatum fuerit euan
gelium istud in universo mun
do. et quod fecit hec narrabitur
in memoriam eius. Et iu
das scariothes unus de
duodecim: abiit ad sum
mos sacerdotes ut proderet
eum illis. Qui audientes
gauisi sunt: et promiserunt
ei pecuniam se daturos.
Et querebat: quomodo il
lum oportune traderet.
Et prima die azimorum
quando pascha immola
bant: dicunt ei discipuli.
Quo vis eamus. et pare
mus tibi ut manduces
pascha. Et mittit duos
ex discipulis suis: et dicit
eis. Ite in ciuitatem: et oc
curret vobis homo lage
nam aque baiulans. Se
quimini eum: et quocumque
introierit dicite domino do
mus. quia magister dicit.
Ubi est refectio mea. ubi
pascha cum discipulis
meis manducem. Et
ipse vobis demonstrabit
cenaculum grande stra
tum: et illic parate nobis.
Et abierunt discipuli eius:
et venerunt in ciuitatem:
et inuenerunt sicut dixe
rat illis. et parauerunt
pascha. Vespere autem
facto: venit cum duodecim.

Et discumbentibus eis:
et manducantibus: ait
ihc. Amen dico vobis:
quia unus ex vobis me
tradet: qui manducat
mecum. At illi ceperunt
contristari: et dicere ei
singillatim. Numquid
ego: Qui ait illis. Unus
ex duodecim: qui intin
git mecum manum in
cathino. Et filius qui
dem hominis vadit:
sicut scriptum est de eo.
Ve autem homini illi: per
quem filius hominis
tradetur. Bonum erat
ei: si non esset natus ho
mo ille. Et manducan
tibus illis accepit ihc pa
nem: et benedicens fre
git. et dedit eis et ait.
Sumite. Hoc est corpus
meum. Et accepto cali
ce: gratias agens. dedit
eis. Et biberunt ex il
lo omnes. Et ait illis. Hic
est sanguis meus no
vi testamenti: qui pro
vobis effundetur. Amen
dico vobis: quod iam non
bibam de genimine vi
tis. usque in diem illum
cum illud bibam in reg
no dei. Et ymno dicto:

exierunt in montem oliva
rum. Et ait eis ihc. Omne
scandalizabimini in noc
te ista: quia scriptum est.
Percutiam pastorem: et
dispergentur oves. Sed
postea quam resurrexero:
precedam vos in galileam.
Petrus autem: ait ei. Et
si omnes scandalizati fue
rint: sed non ego. Et ait
illi ihc. Amen dico tibi:
quia tu hodie in nocte
hac. prius quam bis gallus
vocem dedit, ter me es
negaturus. At ille am
plius loquebatur. Et si
oportuerit me simul com
mori tibi: non te nega
bo. Similiter autem et omnes
dicebant. Et veniunt
in predium cui nomen
gethsemani: et ait disci
pulis suis. Sedete hic:
donec orem. Et assumit
petrum. et iacobum et
iohannem secum: et cepit
pavere et tedere. Et ait
illis. Tristis est anima
mea: usque ad mortem.
Sustinete hic: et vigila
te. Et cum processisset pau
lulum: procidit super ter
ram et orabat. ut si fie
ri posset: transiret ab eo

hora. Et dixit. Abba pat.
omnia possibilia tibi sunt.
Transfer calicem hunc a me.
Sed non quod ego volo. sed
quod tu. Et venit. et invenit
eos dormientes. Et ait
petro. Simon dormis.
Non potuisti una hora
vigilare. Vigilate et ora
te. ut non intretis in temp
tationem. Spe quidem
promptus est. caro autem in
firma. Et iterum abiens. o
rauit eundem sermonem
dicens. Et reversus denuo.
invenit eos dormientes.
Erant enim oculi e
orum gravati. et ignorabant
quid responderent ei. Et
venit tertio. et ait illis.
Dormite iam. et requies
cite. Sufficit. venit hora.
ecce tradetur filius ho
minis in manus peccat.
Surgite eamus. ecce qui
me tradet prope est. Et ad
huc eo loquente. venit
iudas scariothis unus ex
duodecim. et cum illo tur
ba multa cum gladiis et
lignis a summis sacer
dotibus et scribis. et a senior
ibus. Dederat autem traditor
eius signum dicens. Quem
cumque osculatus fuero.
ipse est. Tenete eum. et du
cite caute. Et cum venisset.
statim accedens ad eum.
ait. Rabbi. Et osculatus
est eum. At illi miserunt in
iecerunt in eum. et te
nuerunt eum. Unus autem
de circumstantibus educens
gladium percussit servum
summi sacerdotis. et am
putauit illi auriculam.
Et respondens ihs. ait il
lis. Tamquam ad latronem
existis cum gladiis et lig
nis comprehendere me.
Cotidie eram apud vos
in templo docens. et non
me tenuistis. Sed ut imple
antur scripture. Tunc dis
cipuli eius relinquentes
eum. omnes fugerunt. Ado
lescens autem quidam seque
batur eum amictus sin
done super nudo. et tenue
runt eum. At ille relic
ta sindone. nudus pro
fugit ab eis. Et adduxe
runt iesum ad summum sa
cerdotem. et convene
runt omnes sacerdotes
et scribe et seniores. Pe
trus autem a longe secu
tus est eum usque intro
in atrium summi sac
dotis. et sedebat cum

ministris. et calefaciebat
se ad ignem. Summus ꝑ
sacerdotes et omne con
cilium querebant adu
sus ihm testimonium.
ut eum morti traderent.
nec inueniebant. Multi
enim testimonium fal
sum dicebant aduersus eum.
et conuenientia testimonia
non erant. Et quidam sur
gentes falsum testimo
nium ferebant aduersus
eum dicentes. quoniam nos
audiuimus eum dicentem.
Ego dissoluam templum
hoc manufactum. et post
triduum aliud non ma
nufactum edificabo. Et non
erat conueniens testimo
nium illorum. Et exur
gens summus sacerdos
in medium. interrogauit
ihm dicens. Non respon
des quicquam ad ea que
tibi obiciuntur ab his.
Ille autem tacebat. et nichil
respondit. Rursum sum
mus sacerdos interrogabat
eum. et dixit ei. Tu es
xpc filius benedicti.
Ihc autem. dixit illi. Ego
sum. Et uidebitis filium
hominis sedentem a dex
tris uirtutis. et ueni
entem cum nubibus celi.
Summus autem sacerdos scin
dens uestimenta sua.
ait. Quid adhuc desi
deramus testes. Audistis
blasphemiam. Quid
uobis uidetur. Qui
omnes condempnauerunt
eum esse reum mortis.
Et ceperunt quidam
conspuere eum. et uela
re faciem eius. et colaphis
eum cedere. et dicere ei.
Prophetiza. Et ministri.
alapis eum cedebant.
Et cum esset petrus in a
trio deorsum. uenit u
na ex ancillis summi
sacerdotis. Et cum ui
disset petrum calefacien
tem se. aspiciens illum
ait. Et tu cum ihu na
zareno eras. At ille ne
gauit dicens. Neque scio.
neque noui quid dicas. Et
exiit foras ante atrium.
et gallus cantauit. Rur
sus autem cum uidisset
illum ancilla. cepit dice
re circumstantibus. quia hic
ex illis est. At ille iterum
negauit. Et post pusil
lum. rursus qui asta
bant. dicebant petro. Ve
re ex illis es. nam et

galileus es. Ille autem cepit
anathematizare et iurare.
quia nescio hominem istum
quem dicitis. Et statim
iterum gallus cantauit.
Et recordatus est petrus
uerbi quod dixerat ei ihesus.
priusquam gallus bis ter
me negabis. et cepit
flere. Et confestim ma
ne consilium facientes
summi sacerdotes cum se
nioribus et scribis et uniu
so concilio. uincientes
ihesum duxerunt et tradide
runt pylato. Et interro
gauit eum pylatus.
Tu es rex iudeorum. At ille
respondens. ait illi. Tu di
cis. Et accusabant eum
summi sacerdotes in
multis. Pylatus autem
rursum interrogauit eum
dicens. Non respondes quic
quam. Vide in quantis te
accusant. Ihesus autem nichil
amplius respondit. ita
ut miraretur pylatus.
Per diem autem festum. dimit
tere solebat illis unum
ex uinctis. quemcumque pe
tissent. Erat autem qui di
cebatur barrabas. qui
cum sediciosis erat uinc
tus. qui in seditione fe

cerat homicidium. Et cum
ascendisset turba. cepit
rogare sicut semper faci
ebat illis. Pylatus autem
respondens eis et dixit.
Vultis dimittam uobis
regem iudeorum. Scie
bat enim. quod per inuidiam
tradidissent eum summi
sacerdotes. Pontifices autem
concitauerunt turbam. ut
magis barraban dimit
teret eis. Pylatus autem iterum
respondens. ait illis. Quid
ergo uultis faciam regi iu
deorum. At illi iterum clama
uerunt. Crucifige eum.
Pylatus uero. dicebat eis.
Quid enim mali fecit.
At illi magis clamabant.
Crucifige eum. Pylatus
autem uolens populo sa
tisfacere. dimisit illis
barraban. et tradidit
ihesum flagellis cesum ut
crucifigeretur. Milites
autem duxerunt eum intro
in atrium pretorii. et conuo
cant totam cohortem. et
induunt eum purpura. et
imponunt ei plectentes
spineam coronam. et ce
perunt salutare eum. Aue
rex iudeorum. Et percu
ciebant caput eius ha

rundinē: et conspuebant
eum. Et ponentes genua:
adorabant eum. Et postq;
illusiunt ei. exuerunt eū
illum purpura. ⁊ indue
eum uestimentis suis:
⁊ educunt illum ut cru
cifigent eum. Et angari
auerunt pterēuntē quē
piam symonem cyrenē
uenientem de uilla. pr̄em
alexandri et rufi: ut tol
leret crucem eius. Et p
ducunt illum in golgotha
locum: qd' est interpretatū
caluarie locus. Et dabant
ei bibere mirratum uinū:
et nō accepit. Et crucifigen
tes eum. diuisunt uestimē
ta eius: mittentes sortem
sup eis. quis quid tolleret.
Erat aūt hora tercia: ⁊ cru
cifixerunt eum. Et erat ty
tulus cause eius inscrip
tus: rex iudeorum. Et cum
eo crucifigunt duos lat
nes: unum a dextris. et
alium a sinistris eius. Et
ad impleta ē scriptura que
dicit: Et cum iniquis ī de
putatus. Et pterēuntes
blasphemabant eum: mo
uentes capita sua ⁊ dicen
tes. Vah qui destruit
templum: et in tribus

dieb; edificat: Saluū
tem ipm: descendens de
cruce. Similit' ⁊ summi
sacerdotes ludentes ad
alterutrum cum scribis.
dicebant. Alios saluos fe
cit: seipm non potest sal
uum facere. Tpc rex isrl
descendat nunc de cruce:
ut uideamus ⁊ credamus.
Et qui cum eo crucifixi e
rant: conuiciabantur ei.
Et facta hora sexta: tene
bre facte sunt p totam t
ram usq; in horam nonā.
Et hora nona exclama
uit ihc: uoce magna di
cens. Heloy: heloy: la
ma sabachtani: Quod
ē interpretatum. Deus
meus: d's meus: ut
quid dereliquisti me:
Et quidam de circūstan
tib; audientes: dicebant:
Ecce helyam uocat. Cur
rens aūt unus ⁊ implēs
spongiam aceto circum
ponensq; calamo: potū
dabat ei dicens. Sinite:
uideamus si ueniat heli
as ad deponendum eum.
Ihc aūt emissa uoce mag
na: expirauit: Et uelum
templi scissum ē in duo:
a summo usq; deorsum.

pr̄ ur. usq. o.
flectamus genua

Videns aut centurio q
ex adverso stabat. quia
sic clamans expirasset:
ait. Vere: homo hic filius
dei erat. Erant aut et
mulieres de longe aspi
cientes: inter quas erat
maria magdalene. et
maria iacobi minoris.
et ioseph mater: et salo
me. Et cum esset in gali
lea: sequebantur eum. et
ministrabant ei. Et alie
multe: que simul cum
eo ascenderant iheroso
limam. Et cum iam se
ro esset factum. quia erat pa
rasceue quod est ante
sabbatum: venit ioseph
ab arimathia nobilis
decurio. quia et ipse erat
expectans regnum dei.
Et audacter introiit ad
pylatum: et petiit corpus
ihu. Pylatus aut: mira
batur si iam obisset. Et
accersito centurione:
interrogauit eum si iam
mortuus esset. Et cum cog
nouisset a centurione: do
nauit corpus ioseph. Io
seph aut mercatus est
syndonem. et deponens
eum inuoluit syndone.
et posuit eum in monu

mento: quod erat excisum
in petra. Et aduoluit la
pidem: ad ostium monumenti.

Custodi me domi off.
ne de manu peccatoris et ab
hominibus iniquis eripe
me domine. Secret.

Sacrificia nos quesumus
domine propensius
ista restaurent: que me
dicinalibus sunt institu
ta ieiunius. Per dnm. co.

Aduersum me exercebantur
qui sedebant in porta et
in me psallebant qui bi
bebant vinum ego uero
orationem meam ad te
domine. tempus beneplaci
ti deus in multitudine
misericordie tue. Pt com.

Sanctificationibus tuis
omnipotens deus. ut uitia
nostra curentur: et reme
dia nobis sempiterna
proueniant. Per. sup. ppl'm.

Tua nos misericordia
deus. et ab omni sub
reptione uetustatis ex
purget: et capaces sce
nouitatis efficiat. Per. Fr.

Iuui. ad. s. Mar. maio
rem. i. annum. et xl. d.

In nomine dni omne
genu flectatur celestium
terrestrium et infernorum

quia dñs factus obediēs
usq; ad mortem mortem
autē crucis ideo dñs ihc
xpc in glia est dei patris. P.
Dñe exaudi oratōm. m. + cla.
mus ad te veniat. Hic dicitur
Dñs vobcū. Oremus. Flec
tamus genua. leua. coll.
Pra qs omps ds.
ut qui nrīs excessib;
incessanter affligimur.
p unigeniti tui passio
nem liberem. Qui tecū.
Hec dicit. Ic ysaie aphe.
dñs ds. Dicite fi
lie syon. Ecce saluator
tuus uenit. ecce mer
ces eius cum eo. et o
pus eius coram illo.
Quis ē iste qui uenit
de edom. tinctis uesti
b; de bosra. Iste formo
sus in stola sua. gradi
ens in multitudine for
titudinis sue. Ego qui
loquor iusticiam. et p
pugnator sum ad saluā
dum. Quare ergo rubr
est indumentum tuū.
et uestimenta tua sicut
calcantium in torcula
ri. Torcular calcaui so
lus. et de gentib; nō est
uir mecum. Calcaui eos
in furore meo. et cōcul

† annūciabo

caui eos mira mea. Et
aspersus est sanguis super
uestimenta mea. et omnia
indumenta mea inqui
nauī. Dies enim ultio
nis in corde meo. annus
retributionis mee ue
nit. Circumspexi et nō
erat auxiliator. quesiui
et non fuit qui adiuuaret.
Et saluauit mihi brachium
meum. et indignatio me
a ipsa auxiliata est michi.
Miserationum dñi recor
dabor. laudem dñi super
omnib; que reddidit
nobis dñs deus nr. Gr.
Ne auertas faciem tuā
a puero tuo. quoniam tribulor
uelociter exaudi me. V.
Saluum me fac ds. quoniam
intrauerunt aque usq;
ad animā meam. fixus
sum in limo pfundi. et
non est substantia. Hic n
repetitur. Dñs vobcum.
Oremus. Flectamus. collecta.
Ds qui p nobis filiū
tuum crucis pati
bulum subire uoluisti.
ut inimicū a nobis expel
leres potestatem. conce
de nobis famulis tuis.
ut resurrectionis grām
consequamur. P. e. dñm.

In diebus illis. Lc. ysaie prophete. Dixit ysaias.
Domine quis credidit auditui nostro et brachium
domini cui revelatum est.
Et ascendet sicut virgultum coram eo et sicut
radix de terra sicienti. Et
non est species ei neque decor
et vidimus eum et non
erat aspectus. et desideravimus eum despectum et
novissimum virorum virum dolorum et scientem infirmitatem. Et quasi ab
sconditus vultus eius
et despectus unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse tulit
et dolores nostros ipse portavit. Et putavimus eum
quasi leprosum et percussum a deo et humiliatum.
Ipse autem vulneratus est propter
iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra.
Disciplina pacis nostre
super eum et livore eius
sanati sumus. Omnes nos
quasi oves erravimus
unusquisque in viam suam
declinavit et dominus posuit
in eo iniquitates omnium
nostrum. Oblatus est quia
ipse voluit et non aperuit os suum. Sicut ovis
ad occisionem ductus est
et quasi agnus coram tondente et non aperuit os
suum. In humilitate iudicium eius sublatum est
generationem eius quis
enarrabit. Quia abscisus
est de terra viventium.
Propter scelus populi mei percussi eum et dabit impios pro sepultura et divitem pro morte sua eo quod
iniquitatem non fecerit
nec dolus fuit in ore eius
et dominus voluit conterere
eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam
videbit semen longevum
et voluntas domini in manu
eius dirigetur pro eo quod tradidit in morte animam
suam et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata
multorum tulit et pro transgressoribus rogavit ut non
perirent. Dicit dominus omnipotens.

Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. V.
Ne avertas faciem tuam
a me in quacumque die tribulor inclina ad me aurem
tuam. V. In quacumque die
invocavero te volociter ex-

se obmutuit

audi me. V. Quia defecerunt
sicut fumus dies mei. et
ossa mea sicut in frixorio con-
frixa sunt. V. Percussus
sum sicut fenum et aruit
cor meum quia oblitus sum
manducare panem meum. V.
Tu exurgens dne miserebe-
ris syon quia venit temp9
miserendi eius. Passio dni
nri xpi: scdm lucam.
Sz non respondetur gla
Et illo tempe. tibi dne.
Appropinquabit di-
es festus azimor
qui dicitur pascha:
et querebant principes
sacerdotum et scribe q
modo ihm interficerent.
Timebant uero plebem.
Intrauit aut sathanas
in iudam qui cognomi-
nabatur scarioth. unus
de duodecim: et abiit et
locutus e cum principib;
sacerdotum et magistrati-
bz. quemadmodum illum
traderet eis. Et gauisi
sunt: et pacti sunt pe-
cuniam illi dare. Et spo-
pondit. Et querebat opor-
tunitatem: ut traderet
illum sine turbis. Ve-
nit aut dies azimorum
in qua necesse erat oc-
cidi pascha: et misit pe-
trum et iohem dicens.
Euntes parate nobis
pascha: ut manducemus.
At illi dixerunt. Vbi uis
paremus. Et dixit ad
eos. Ecce introeuntibus
uobis in ciuitatem: oc-
curret uobis homo an-
phoram aque portans.
Sequimini eum in domum
in quam intrat: et dicetis
patrifamilias domus.
Dicit tibi magister. Vbi
est diuersorium. ubi pas-
cha cum discipulis meis
manducem. Et ipse uob
ostendet cenaculum mag-
num stratum: et ibi pa-
rate. Euntes aut inuene-
runt sicut dixit illis: et
parauerunt pascha. Et
cum facta esset hora dis-
cubuit: et duodecim a-
pli cum eo. Et ait illis.
Desiderio desideraui hoc
pascha manducare uo-
biscum: antequam paci-
ar. Dico enim uobis: quia
ex hoc non manducabo il-
lud. donec impleatur in reg-
no dei. Et accepto calice:
gras egit et dixit. Acci-
pite: et diuidite inter
uos. Dico enim uobis:

qd̄ nō bibam de genera-
tione uitis. donec regnū
dei ueniat. Et accepto pa-
ne: grās egit ⁊ fregit. ⁊
dedit eis dicens. Hoc ē
corpus meum: quod p
uobis datur. Hoc facite
in meam ꝯmemoratio-
nem. Similit̄ et calice
postquam cenauit dicēs.
Hic ē calix nouum testa-
mentum in sanguine me-
o: qui p uobis fundetur.
Verumtamen ecce man-
tradentis me: mecum ē
in mensa. Et quidem fili
hominis sc̄dm qd̄ diffini-
tum ē uadit. Verumtamen
ue illi homini: p
quem tradetur. Et ipi ce-
perunt querere inter se:
quis esset ex eis qui hoc
facturus esset. Facta est
autem ꝯtentio int̄ eos:
quis eorum uidetur ēe ma-
ior. Dixit aūt eis. Reges
gentium dn̄antur eorum:
et qui potestatem hūt
sup eos. bn̄fici uocant̄.
Vos aūt nō sic. S; qui
maior est in uobis: fiat
sicut iunior. Et qui p̄-
cessor est: sicut ministra-
tor. Nam quis maior
est qui recumbit: an qui
ministrat: Nonne qui re-
cumbit: Ego aūt in me-
dio uestrum sum: sicut qui
ministrat. Vos aūt estis:
qui p̄mansistis mecū in
temptationibus meis. Et
ego dispono uobis sicut
disposuit michi pat̄ me-
us regnum: ut edatis et
bibatis sup mensam meā
in regno meo. et sedeatis
sup thronos iudicantes
duodecim tribus isrl̄. Ait
aūt dn̄s. Symon: ecce
sathanas expetiuit uos:
ut cribraret sicut triti-
cum. Ego aūt rogaui p
te: ut nō deficiat fides
tua. Et tu aliquando ꝯuersus:
ꝯfirma fr̄es tuos. Qui
dixit ei. Dn̄e: tecum pa-
tus sum. ⁊ in carcerem ⁊
in mortem ire. Et ille dixit.
Dico tibi petre: nō canta-
bit hodie gallus. donec t̄
negabis nosse me. Et dixit
eis. Quando misi uos sine
sacculo et pera ⁊ calciamen-
tis. numquid aliquid defu-
it uobis: At illi dixerunt.
Nichil. Dixit q̄ eis. Sed
nunc qui habet sacculū
tollat: similit̄ ⁊ peram.
Et qui nō habet uendat
tunicam suam: ⁊ emat

gladium. Dico enim vobis:
quoniam adhuc hoc quod scriptum
est oportet impleri de me.
et quod cum iniustis deputatus
est. Etenim ea que sunt de
me finem habent. At illi dixe-
runt: Domine: ecce gladii duo
hic. At ille dixit eis: Satis
est. Et egressus ibat secundum
consuetudinem in montem
olivarum. Secuti sunt autem
illum et discipuli. Et cum per-
venisset ad locum dixit illis:
Orate ne intretis in temp-
tationem. Et ipse avulsus
est ab eis quantum iactus
est lapidis et positis gen-
ibus orabat dicens: Pater
si vis transfer a me cali-
cem istum a me. Verumta-
men non mea voluntas sed
tua fiat. Apparuit autem
illi angelus de celo confortans
eum. Et factus est in ago-
nia prolixius orabat. Et
factus est sudor eius sicut
gutte sanguinis decur-
rentis in terram. Et cum sur-
rexisset ab oratione et ve-
nisset ad discipulos suos
invenit eos dormientes
pre tristicia. Et ait illis: Quid
dormitis? Surgite orate
ne intretis in temptatio-
nem. Adhuc eo loquente

ecce turba et qui vocaba-
tur iudas unus de duo-
decim antecedebat eos. Et
appropinquavit ihesu ut
oscularetur eum. Ihesus
autem dixit illi: Iuda os-
culo filium hominis tra-
dis. Videntes autem hi
qui circa ipsum erant quod
futurum erat dixerunt
ei: Domine si percutimus gla-
dio. Et percussit unus ex
illis servum principis sacer-
dotum et amputavit au-
riculam eius dextram. Res-
pondens autem ihesus ait: Si-
nite usque huc. Et cum te-
tigisset auriculam eius sa-
navit eum. Dixit autem ihesus
ad eos qui venerant ad se
principes sacerdotum et ma-
gistratus templi et seni-
ores. Quasi ad latronem
existis cum gladiis et fus-
tibus. Cum cottidie fue-
rim vobiscum in templo
non extendistis manus in
me. Sed hec est hora vestra
et potestas tenebrarum. Com-
prehendentes autem eum dixe-
runt ad domum principis sacer-
dotum. Petrus vero sequebatur
a longe. Accenso autem
igni in medio atrio et cir-
cumsedentibus illis erat

petrus in medio eorum. Quem
cum vidisset ancilla quedam
sedentem ad lumen. et eum
fuisset intuita: dixit. Et hic
cum illo erat. At ille ne
gavit eum dicens. Mu
lier: non novi illum. Et
post pusillum: alius vi
dens eum dixit. Et tu de
illis es. Petrus vero ait.
O homo: non sum. Et
intervallo facto quasi hore
unius: alius quidam af
firmabat dicens. Vere:
et hic cum illo erat. Nam
et galileus est. Et ait pe
trus. Homo: nescio quid
dicis. Et continuo illo lo
quente: cantavit gallus.
Et conversus dominus: resper
it petrum. Et recordatus
est petrus verbi domini sicut
dixerat. quia priusquam
gallus cantet ter me ne
esset apud te. Manifesta
ui nomen tuum homi
bus. quos dedisti michi
de mundo. Tui erant. et
michi eos dedisti. et ser
monem tuum seruaue
runt. Nunc cognouerunt.
quia omnia que dedisti mihi
abste sunt. quia uerba que
dedisti michi dedi eis. Et
ipi acceperunt. et cognoue
runt uere quia a te exi
ui. et crediderunt quia
tu me misisti. Ego pro eis
rogo. Non pro mundo rogo.
pro his quos dedisti mihi.
quia tui sunt. Et mea
omnia tua sunt. et tua
mea sunt. et clarificatus
sum in eis. Et iam non
sum in mundo. et hi
in mundo sunt. et ego
ad te uenio. Offert

Ascendit d̄s in iubilatione
dominus in voce tube alla. Sec
Sacrificium cl̄ne p̄ fi
lii tui supplices ueneri
bili quam p̄uenimus nunc
ascensione deferimus.
p̄ra q̄s. ut et nos p̄ ip̄m
hiis ꝯmercijs sacrosc̄is
ad celestia cōsurgam. Q̄ tec̄.
Pater cum eēm cum com̄.
eis ego seruabam eos quos de
disti michi alla. nunc autē ad
te uenio. nō rogo ut tollas e
os de mundo sed ut serues
eos a malo alla alla. p̄t co.
Tribue q̄s omp̄s d̄s.
ut p̄ hec sacramenta
que sumpsimus. illuc
tendat xp̄iane deuotio
nis affectus. quo tecū est
nr̄a substantia. ihc xp̄c fi
lius tuus dn̄s nr̄. Qui
tecū in
In die
Ascensi
onis do
mini.
Viri galy
lei quid
admira
mini aspicientes in celum
alla quemadmodum uidistis
eum ascendentem in celum
ita uenier alla alla alla. p̄
Cumq̄ intuerent in celum
euntē illū ecce duo uiri as
titerunt uix̄ illos in uestib; alb.
Concede q̄s Collecta.
Omp̄s d̄s. ut qui
hodierna die unigeni
tum tuum redempto
rem nr̄m ad celos as
cendisse credimus. ipsi
quoq; mente in celesti
b; habitemus. P. e.
Lectio actuum apostolorum.
Primum quidem
sermonem feci de
omnib; o theophile.
que cepit ihc facere
et docere. usq; in diem
qua p̄cipiens apl̄is p̄
sp̄m sc̄m quos elegit as
sumptus ē. Quib; et p̄
buit seip̄m uiuū post
passionem suam in mul
tis argumentis. p̄ dies
quadraginta apparens
eis. et loquens de regno
dei. Et conuescens p̄
cepit eis ab iherosoli
mis ne discederent. sed ex
pectarent p̄missionē
patris q̄m audistis in
quit p̄ os meum. quia
iohannes quidē bapti
zauit aqua. uos autē
baptizabimini sp̄u sc̄o
nō post multos hos di
es. Igitur qui conuene

rant: interrogabant
eum dicentes. Domine:
sum tempore hoc resti-
tues regnum israhel.
Dixit autem eis. Non est
vestrum nosse tempora vel
momenta que pater
posuit in sua potestate:
sed accipietis virtutem
superuenientis spiritus sancti
in vos. et eritis michi
testes in iherusalem. et in
omni iudea et samari-
a. et usque ad ultimum
terre. Et cum hec dixisset:
videntibus illis eleuatus
est. et nubes suscepit e-
um ab oculis eorum.
Cumque intuerentur in
celum euntem illum:
ecce duo viri astiterunt
iuxta illos in vestibus
albis. qui et dixerunt.
Viri galylei quid sta-
tis aspicientes in ce-
lum: Hic ihesus qui assump-
tus est a vobis in celum:
sic veniet quemadmo-
dum vidistis eum. e-
untem in celum.

Alla. v. Ascendit
deus in iubilatione et
dominus in voce tube.

Alla. v. Ascendens
xpc in altum captiuam

duxit captiuitatem dedit. Sm
dona hominibus. Marcum.
Alla. v. Recumben-
tibus undecim discipulis:
apparuit illis ihesus. et exp-
brauit incredulitatem
illorum et duriciam cor-
dis. quia qui viderant
eum resurrexisse. non cre-
diderunt. Et dixit eis. Eun-
tes in mundum uniuer-
sum: predicate euuangelium
omni creature. Qui credi-
derit et baptizatus fuerit:
saluus erit: Qui vero non
crediderit: condempnabitur.
Signa autem eos qui credi-
derint: hec sequentur. In
nomine meo demonia ei-
cient: linguis loquentur
nouis. serpentes tollent.
Et si mortiferum quid bi-
berint: non eos nocebit.
Super egros manus impo-
nent: et bene habebunt.
Et dominus quidem ihesus.
postquam locutus est eis. as-
sumptus est in celum: et se-
dit a dextris dei. Illi autem
profecti predicauerunt ubique:
domino cooperante et sermonem
confirmante. sequentibus sig-
nis. Credo in unum dominum. Offertorium.
Viri galylei quid admira-
mini aspicientes in celum

hic ihc qui assumptus e a
uobis in celum sic ueniet
quemadmodum uidistis eum
ascendentem in celum alla.
Suscipe dne mu Sec.
nera. que p filii tui
gliosa ascensione deferi
mus. et concede ppicius.
ut a psentib; piculis libe
mur. et ad uitam pueni
amus eternam. P. eunde.
Prefacio. Qui post resur
rectionem sua. Inf act.
Communicantes et
diem sacratissimu
celebrantes. quo dns nr
unigenitus filius tuus.
unitam sub fragilitatis
nre substantiam. in glam
tue dextre collocauit. Sed
et memoriam uenerantes.
In primis glose semp uir
ginis Marie. genitricis
eiusde dei et dni nri ihu
xpi. Sed et beatorum a
plorum ac mrm tuorum. co.
Psallite dno qui ascendit
sup celos celorum ad orien
tem alla. post com.
Pra nobis qs omps
et misericors ds. ut que
uisibilib; mysteriis sume
da pcepimus. inuisibi
li consequamur effectu. P do.
Dnica inf oct. ascensiou.

Exaudi dne uocem
meam qua clama
ui ad te alla tibi dixit cor
meum quesiui uultum
tuum uultum tuum dne re
quiram ne auertas faciem
tuam a me alla. alla. P.
Dns illu. mea et sal. m. q. ti.
Omps semp ds coll.
fac nos tibi semp.
et deuotam gerere uo
luntatem. et maiesta
ti tue sincero corde
seruire. P. lc. e. bti
Rmi. petri apli.
Estote pruden
tes. et uigilate in ora
tionib;. Ante omnia
aut mutuam in uobis
m; ipis caritatem conti
nuam habentes. quia
caritas opit multitu
dinem peccatorum. Hos
pitales inuicem. sine
murmuratione. Unus
quisq; sicut accepit gra
ciam in alterutrum illam
administrantes. sicut
boni dispensatores mlt
formis gracie dei. Si
quis loquitur. quasi
sermones dei. Si quis
ministrat. tanquam
ex uirtute quam admi
nistrat ds. ut in om

nib; honorificetur d̄s.
Pihm xp̄m: dn̄m nr̄m.
Alla. V. Dominus
in synai sancto ascen
dens in altum captiuam
duxit captiuitatē. Sm
Nillo. t. dixit Johem
ihc disc. s. Cum ue
nerit paraclytus quem
ego mittam uobis a pa
tre sp̄m ueritatis qui a
patre pcedit: ille testi
monium phibebit de
me. Et uos testimonium
phibebitis: quia ab ini
tio mecum estis. Hec
locutus sum uobis: ut
nō scandalizemini. abs
q; synagogis facient
uos. Sed uenit hora:
ut omnis qui interficit
uos. arbitretur se obse
quium p̄stare deo. Et
hec facient uobis: q̄ a
non nouerunt patrē
neq; me. Sz hec locutus
sum uobis: ut cum ue
nerit hora eorum reminisca
mini: qr ego dixi uobis.
Ascendit deus in in off.
bilatione dominus in
uoce tube. alla. Sec.
Sacrificia nos dn̄e i
maculata purificet.
et mentib; nr̄is supne

gr̄e dent uigorem. P. cō
Pater cum eis ego seruabā
eos quos dedisti alla nunc
aūt ad te uenio nō rogo ut
tollas eos de mundo. sz ut ser
ues eos a malo alla alla. Pt
Repleti dn̄e mu com.
neribz sacris: da q̄s.
ut in gr̄arum semp ac
tione maneamus. P. In
octaua fiat p omnia sicut
in die ascensionis. ex
cepto tm̄ euangelio sb
notato: Sm Lucam.
Nillo. t. Dixit ihc. d.
s. Hec sunt uerba
que locutus sum ad
uos cum adhuc essem
uobiscum: qm̄ necesse ē
impleri omnia que scrip
ta sunt in lege moysi. et
pphetis et psalmis de me.
Tunc aperuit illis sen
sum: ut intelligerent
scripturas. Et dixit eis.
Qm̄ sic scriptum est: et
sic oportebat xp̄m pati
et resurgere a mortuis die
tertia: et pdicari in nōie
eius penitentiam et re
missionem pctorum in om̄is
gentes. incipientib; ab
iherosolimis. Vos aūt
estis testes horum. Et
ego mitto pmissum pa

tris mei in uos in uos.
Vos aut sedete in ciuita
te: quoadusq; induamini
uirtute ex alto. Eduxit
autem foras in bethani
am: et eleuatis manibus
suis benedixit eis. Et
factum est dum benediceret
illis recessit ab eis: et fe
rebatur in celum. Et ip
si adorantes regressi sunt
in ierusalem cum gaudio mag
no: et erant semper in tem
plo. laudantes et benedi
centes deum. Non dicitur
Credo in unum. Nota quod
duobus diebus sequentibus post
octauas. non dicitur ho
die ua die. in collecta.
Ordo in uigilia penthe
costes. In hac sacra ui
gilia uacant fratres lectioni
a tercia usque ad sextam. et
cantant missas qui uolu
int. non tamen de uigilia. An
te nonam celebratur officium
et cetera ut in uigilia pasce.
notatum est aguntur. ex
cepto quod nec ignis nec ce
reus benedicitur. et excepto
quod signum ad Kyriel misse
pulsatur. et quod offertorium. et
agnus dei cantatur.
Temptauit scilicet prima
deus abraham: et dixit

abraham

ad eum. Abraham. At
ille respondit. Assum.
Ait illi. Tolle filium tu
um unigenitum quem
diligis ysaac: et uade
in terram uisionis. at
que offer eum ibi in holo
caustum super unum mon
tium quem monstrauero
tibi. Igitur abraham de
nocte consurgens. stra
uit asinum suum: du
cens secum duos iuue
nes. et ysaac filium suum.
Cumque conscidisset ligna
in holocaustum: abiit
ad locum quem preceperat
eidem deus. Die autem tercio. ele
uatis oculis uidit locum
procul: dixitque ad pueros
suos. Expectate hic cum
asino: ego et puer illuc
usque properantes reuerte
mur ad uos. Tulit quoque
ligna holocausti: et im
posuit super ysaac filium
suum. Ipse uero portabat
in manibus ignem et gla
dium. Cumque duo pro
gerent simul: dixit ysa
ac patri suo. Pater mi
at ille respondit. Quid
uis fili. Ecce inquid ig
nis et ligna: ubi est uic
tima holocausti. Dixit

postquam adorauimus

abraham. Ds sibi pro-
debit victimam holocau-
sti filii mi. Pergebant ergo
pariter. Venerunt que ad
locum quem ostendat
ei ds. In quo edificauit
altare. et desuper ligna
composuit. Cumque col-
ligasset ysaac filium suum.
posuit eum in altari
super struem lignorum.
Extenditque manum et
arripuit gladium. ut
immolaret filium suum.
Et ecce angelus dni de ce-
lo clamauit dicens. A-
braham abraham. Qui
respondit. Assum. Dixit-
que ei. Non extendas ma-
num tuam super puerum.
neque facias illi quicquam.
Nunc cognoui quod time-
as dm. et non pepercisti
filio tuo unigenito propter
me. Leuauit abraham
oculos. uidetque post ter-
gum arietem inter ue-
pres herentem cornibus.
quem assumens obtu-
lit holocaustum pro filio.
Appellauitque nomen lo-
ci illius. dns uidet. un-
de usque hodie dicitur. In
monte dns uidebit.
Vocauit aut angelus dni

abraham secundo de celo dicens.
Per memetipsum iuraui dicit
dns. quia fecisti rem hanc.
et non pepercisti filio tuo
unigenito propter me. bene-
dicam tibi. et multiplica-
bo semen tuum sicut stel-
las celi. et uelut harenam
que est in littore maris. Pos-
sidebit semen tuum por-
tas inimicorum suorum. et
benedicentur in semine tu-
o omnes reges terre. quia
obedisti uoci mee. Reu-
susque est abraham ad
pueros suos. abierunt que
bersabee simul. et habi-
tauit ibi. Oremus.

Ds qui in abra coll.
he famuli tui opere
humano generi obedien-
tie exempla prebuisti. con-
cede nobis et nre uolun-
tatis prauitatem frange.
et tuorum preceptorum rec-
titudinem in omnibus
adimplere. Per. Lectio secunda
In diebus illis. Scripsit
moyses canticum. et do-
cuit filios israel. Precepit
que dns iosue filio nun. et
ait. Confortare et esto ro-
bustus. tu enim intro-
duces filios israel in ter-
ram quam pollicitus sum.

et ego ero tecum. Postquam
ergo scripsit moyses uerba
legis huius in uolumine
atque compleuit: precepit
leuitis qui portabant ar-
cham federis domini dicens.
Tollite librum istum. et
ponite illum in latere arce
federis domini dei nostri: ut
sit ibi contra te in testimoni-
um. Ego enim scio contenti-
onem tuam: et ceruicem
tuam durissimam. Ad-
huc uiuente me et ingre-
diente uobiscum. semper
contentiose egistis contra
dominum: quanto magis cum
mortuus fuero: Congre-
gate ad me omnes maio-
res natu per tribus uestras
atque doctores: et loquar
audientibus eis sermones
istos: et inuocabo contra
eos celum et terram. No-
ui enim quod post mortem
meam usque agetis:
et declinabitis cito de
uia quam precepi uobis:
et occurrent uobis ma-
la in extremo tempore.
quando feceritis malum
in conspectu domini. ut ir-
ritetis eum per opera ma-
nuum uestrarum. Locutus
est ergo moyses audiente

uniuerso cetu filiorum
israel uerba carminis
huius: et ad finem
usque compleuit. Tractus.
Attende celum et loquar
et audiat terra uerba
ex ore meo. V. Expectetur
sicut pluuia eloquium
meum et descendant sicut
ros uerba mea sicut ym-
be super gramina et sicut
nix super fenum quia no-
men domini inuocabo. V.
Date magnificentiam deo
nostro deus uera opera eius
et omnes uie eius iudi-
cia. V. Deus fidelis in quo
non est iniquitas iustus
et sanctus dominus. Oremus.
Deus qui nobis per coll.
prophetarum ora pre-
cepisti temporalia relin-
quere. atque ad eterna
festinare: da familis-
tuis. ut que iussa cog-
nouimus: implere ce-
lesti inspiratione uale-
amus. P. do. Ad tertia.
Apprehendent septem
mulieres uirum
unum in die illa: dicen-
tes. Panem nostrum come-
demus. et uestimentis
nostris operiemur: tan-
tummodo inuocetur no-

men tuum sup nos.
aufer oppbrium nrm.
In die illa erit germen
dni in magnificentia
et gloria. et fructus terre
sublimis. et exultatio
his qui saluati fuerint
de israel. Et erit omnis qui
relictus fuerit in syon. et
residuus in ierlm. scus
uocabitur. omnis qui
scriptus est in uita in ierlm.
Si abluerit dns sordem
filiarum syon. et sanguinem
ierlm lauerit de medio eius.
spu iudicii. et spu ardo
ris. Et creauit ds sup
omnem locum montis
syon. et ubi inuocatus est
nubem pdiem. et fumum
et splendorem ignis fla
mantis in nocte. Sup
omnem enim gliam pro
tectio. et tabnaclm erit
in umbraculum diei ab
estu. et in securitatem et
absconsionem a turbi
ne et a pluuia. Tr.
Uinea facta est dilecto
in cornu in loco uberi.
Et maceriam circumde
dit et circumfodit et planta
uit uineam sorech et edi
ficauit turrim in medio
eius. Et torcular fodit
in ea uinea enim dni sabaoth
domus israel est. Oremus.
Ds qui nos ad ce coll.
lebrandam hanc festi
uitatem. utriusque testamen
ti paginis instruis. da no
bis intelligere miam tu
am. ut ex perceptione pre
sentium munerum. fir
ma sit expectatio futurorum. P.
Audi israel man Lc. iiij.
data uite. auribus pci
pe. ut scias prudentiam.
Quid est israel qd in terra
inimicorum es. uetasti
in terra aliena. coinquinatus
es cum mortuis. deputa
tus es cum his qui in inferno
sunt. Dereliquisti fon
tem sapientie. Nam si in
uia dei ambulasses. ha
bitasses utique in pace sup
terram. Disce ubi sit sapi
entia. ubi sit uirtus. u
bi sit prudentia. ut scias
simul ubi sit longiturna
uita et uictus. ubi sit lu
men oculorum et pax. Quis i
uenit locum eius. et qs
introiuit in thesauros eius.
Ubi sunt principes gentium
et qui dnantur sup bestias
que sunt sup terram. qui
in auibus celi ludunt. qui
argentum thesaurizant

et aurum in quo confidunt
homines. et non est finis
possessionum illorum. qui
argentum fabricantur. et
soliciti sunt. nec est inuen-
tio operum illorum. Et tam
examinati sunt. et adim-
pleti descenderunt. et alii
in locum illorum surrexe-
runt. Juuenes uidunt
lumen. et habitauerunt
super terram. Viam autem dis-
cipline nesciuerunt. neque
intellexerunt semitas eius.
neque suscepiunt eam filii
eorum a facie illorum longe
facta est. Non est audita
in chanaan. neque uisa est
in theman. Filii quoque a-
gar qui exquirunt pru-
dentiam que de terra est.
negotiatores terre the-
man. et fabulatores et ex-
quisitores prudentie et
intelligentie. uiam autem
sapientie nesciuerunt. ne-
que meminerunt semita-
rum eius. Quis quam
magna est domus dei. et
ingens locus possessionis
eius. magnus et non ha-
bens consummationem.
excelsus et immensus. Si-
bi fuerunt gigantes
nominati. illi qui abini-
tio fuerunt statura
magna. scientes bellum.
Non hos elegit dominus.
neque uiam disciplinae in-
uenerunt. propter hoc perie-
runt. Et qui non habu-
erunt sapientiam. pe-
rierunt propter suam in-
sipientiam. Quis ascen-
dit in celum et accepit
eam. et deduxit eam
de nubibus. Quis trans-
ierunt mare et inue-
nit eam. et attulit eam
super aurum electum.
Non est qui sciat uiam
eius. neque cogitet se-
mitas illius. Qui scit
uniuersa nouit illam. et
adinuenit eam pruden-
tia sua. Qui preparauit tram
sempiterno tempore. et ad
implenit eam pecudi-
bus. Vocauit eam. et au-
diuit eum in terrore.
Stelle autem dederunt lu-
men in custodiis suis.
et letate sunt. Vocate
sunt. et dixerunt adsum.
et luxerunt ei cum iocun-
ditate. Qui fecit illas.
hic deus noster est. et non estimabitur alius preter
illum. Hic adinuenit
omnem uiam disciplinae.

et dedit illam iacob pu
ero suo: et israel dilecto su
o. Post hec in terris visus
est: et cum hominibus
conversatus est. Oremus.

Deus in comu collecta
tabilis virtus et
lumen eternum: respice
propitius ad totius ecclesie
mirabile sacramentum:
et da famulis tuis: ut
hoc quod devote agimus:
etiam rectitudine vite
teneamus. Per. Tr.

Sicut cervus desiderat
ad fontes aquarum i
ta desiderat anima mea ad
te deus. V. Sitivit anima me
a ad deum vivum quando veni
am et apparebo ante faciem
dei mei. V. Fuerunt mihi la
crime mee panes die ac
nocte dum dicitur michi per
singulos dies ubi est deus tuus.

Con collecta Oremus.
Cede quesumus omnipotens deus:
ut qui sollempnitatem do
ni spiritus sancti colimus: celesti
bus desideriis accensi: fon
tem vite sitiamus. Per. eiusdem.

Deinde sequitur letania.
et cetera sicut in vigilia pas
ce ad missam. Rynel.
Alia mercelsis. Dominus
vobiscum. Oremus.

Pro ea quesumus omnipotens collecta
deus: ut claritatis tue
super nos splendor effulge
at: et lux tue lucis cor
da eorum qui per gratiam tu
am renati sunt: sancti spiritus
illustratione confir
met. Per. eiusdem. Act. apostolorum.
In diebus illis: Factum est
cum apollo esset corinthy
et paulus peragratis supe
rioribus partibus veniret e
ephesum: et inveniret quos
dam discipulos: dixitque ad
eos. Si spiritum sanctum accepistis
credentes: At illi dixerunt
ad eum. Sed neque si spiritus sanctus
est audivimus. Ille vero
ait: In quo ergo baptizati
estis. Qui dixerunt: In io
hannis baptismate. Dixit
autem paulus. Iohannes
baptizavit baptismo pe
nitentie populum dicens: in
eum qui venturus esset
post ipsum ut crederent: hoc
est in ihesum. His auditis:
baptizati sunt in nomi
ne domini ihesu. Et cum impo
suisset illis manus paulus:
venit spiritus sanctus super eos: et
loquebantur linguis et
prophetabant: Erant autem
omnes viri: fere duode
cim. Ingressus autem sy

nagogam paulus cum
fiducia loquebatur per
tres menses disputans
et suadens de regno dei.
Alla. V. Confitemi
ni domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius.
Laudate dominum T. R.
Omnes gentes et col
laudate eum omnes populi. V.
Quoniam confirmata est super
nos misericordia eius et veri
tas domini manet in eternum.
In illo t. Secundum Johannem.
dixit ihesus discipulis. Si di
ligitis me mandata me
a servate. Et ego roga
bo patrem et alium para
clytum dabit vobis. ut
maneat vobiscum in e
ternum spiritum veritatis quem
mundus non potest acci
pere quia non videt eum
nec scit eum. Vos autem
cognoscetis eum quia
apud vos manebit et in
vobis erit. Non relinquam
vos orphanos veniam
ad vos. Adhuc modicum
et mundus me iam non
videt. Vos autem videtis
me quia ego vivo et
vos vivetis. In illo die
vos cognoscetis quia
ego sum in patre meo
et vos in me et ego in vobis.
Qui habet mandata mea
et servat ea ille est qui di
ligit me. Qui autem diligit
me diligetur a patre meo et
ego diligam eum et ma
nifestabo ei meipsum.
Hic in de Credo in v. off.
Emitte spiritum tuum et crea
buntur et renovabis faciem
terre sit gloria domini in secula alla.
Munera quesumus domine Sec.
Oblata sanctifica et corda
nostra sancti spiritus illustratione
emunda. Per eundem. Prefacio.
Qui ascendens super omnes ce.
Communicantes et diem
sacra ce. Hanc igitur
oblationem. Quere to
tum in die sancto. co.
Ultimo festivitatis die
dicebat ihesus. qui in me
credit flumina de ventre
eius fluent aque vive. hoc
autem dixit de spiritu quem accep
turi erant credentes in eum alla.
Sancti spiritus Post co.
Domine corda nostra
mundet infusio et sui
roris intima aspersio
ne fecundet. Per dominum
nostrum ihesum xpm. eiusdem.
In die sancto penthe
costes. Statio ad sanctum
petrum apostolum.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluia. et hoc quod continet omnia scientiam habet uocis alleluia alleluia alleluia.

Omnium est enim artifex omnem habens uirtutem omnia prospiciens. collecta

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Per eiusdem. Lectio actuum apostolorum.

In diebus illis: Cum complerentur dies pentecostes erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus uehementis: et repleuit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis: seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui uariis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in iherusalem habitantes iudei uiri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac uoce conuenit multitudo et mente confusa est: quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes: et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui locuntur galilei sunt: Et quomodo nos audiuimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus: Parthi et medi et elamite et qui habitant mesopotamiam. iudeam et capadociam. pontum et asiam. frigiam et panphiliam. egyptum et partes lybie. que est circa cyrenen. et aduene romani: iudei quoque et proselitis: cretes et arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis: magnalia dei. Gra.

Beata gens cuius est dominus deus eius populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. V. Verbo domini

celi firmati sunt et spiritu oris
eius omnis virtus eorum.
Alla. V. Veni sanc
te spiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amo
ris in eis ignem accende.
Alla. V. Paraclytus
spiritus sanctus quem mittet
pater in nomine meo, ille
vos docebit omnem veritatem.
In illo tempore. Secundum Johannem.
dixit ihesus dicens. Si quis
diligit me sermonem
meum servabit. Et
pater meus diliget e
um et ad eum veniemus
et mansionem apud eum
faciemus. Qui non di
ligit me sermones
meos non servat. Et
sermonem quem audis
tis non est meus sed eius
qui misit me patris. Hec
locutus sum vobis apud
vos manens. Pa
raclytus autem spiritus sanctus
quem mittet pater in
nomine meo ille vos
docebit omnia et sug
geret vobis omnia quecum
que dixero vobis. Pa
cem relinquo vobis
pacem meam do vobis.
Non quomodo mundus
dat ego do vobis. Non
turbetur cor vestrum neque
formidet. Audistis quia
ego dixi vobis vado et
venio ad vos. Si dilige
retis me gauderetis utique
quia vado ad patrem
quia pater maior me est.
Et nunc dixi vobis prius
quam fiat ut cum fac
tum fuerit credatis. Jam
non multa loquar vobis
cum. Venit enim princeps
mundi huius et in
me non habet quicquam.
Sed ut cognoscat mundus
quia diligo patrem et si
cut mandatum dedit
michi pater sic facio.
Credo in unum. Offertorium.
Confirma hoc deus quod
operatus es in nobis a
templo tuo quod est in ihrlm
tibi offerent reges munera alla.
Munera domine quesumus ob Secreta
lata sanctifica et corda
nostra sancti spiritus illustratione
emunda. Per eundem. Prefatio.
Qui ascendens super omnes celos.
Communicantes et diem sacra Infra actionem.
tissimum pentecosten cele
brantes quo spiritus sanctus
apostolis innumeris lin
guis apparuit. Sed
et memoriam etc. Item infra.

Hanc ergo oblationem seruitutis nostre sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus. pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto. tribuens eis remissionem omnium peccatorum. quesumus domine ut placatus. et cetera.

Nota quod superior prefatio. et communicantes. et hanc igitur. per totam ebdomadam repetuntur ad utrumque.

Factus est. Cum missa. repente de celo sonus aduenientis spiritus nehementis ubi erant sedentes alleluia et repleti omnes sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei alleluia. alleluia. Post communionem.

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio. et sui roris intima aspersione fecundet. Per eundem.

Fer. ii. ad s. Petrum ad vincula.

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluia. et de petra melle saturauit eos alleluia. alleluia. alleluia. Exultate deo adiutori nostro.

Deus qui apostolis tuis sanctum dedisti spiritum. concede plebi tue pie petitionis effectum. ut quibus dedisti fidem. largiaris et pacem. Per eundem. Lectio. Sicut dicebat actuum apostolorum illis. Aperiens petrus os suum dixit. Viri fratres et patres. nobis precepit dominus predicare populo et testificari. quia ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium perhibent. remissionem peccatorum accipere per nomen eius. omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente petro uerba hec. cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui uenerant cum petro. quia et in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis. et magnificantes deum. Tunc respondit petrus. Numquid aqua quis prohibere potest. ut non baptizentur hii qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos. Et iussit eos baptizari. in nomine domini nostri ihesu xpi. Alleluia. v. Emitte

spm̄ tuum et creabuntur et
renouabis faciem terre.
Alla. v. Spiritus
sanctus procedens a
throno aplorum pectora
inuisibili hodie plustra
uit potentia. S. Johem.
Nullo. t. dixit ihc dlsc. s.
Sic ds dilexit mun
dum. ut filium suum u
nigenitum daret. ut o
nis qui credit in eum
non pereat. s; habeat ui
tam eternam. Non enim
misit ds filium suum i
mundum ut iudicet mun
dum. s; ut saluetur mun
dus p ipm̄. Qui credit i
eum. non iudicatur. Qui
aut non credit iam iu
dicatus est. quia non cre
dit in nomine unigeni
ti filii dei. Hoc est aut iu
dicium quia lux uenit
in mundum. et dilexe
runt homines magis te
nebras qm̄ lucem. Erant
enim eorum mala opa. Om
nis enim qui male agit
odit lucem. et nō uenit
ad lucem. ut non argu
antur opa eius. Qui aut
facit ueritatem uenit ad
lucem. ut manifestentur
eius opa. qa in ds sunt fca.

Intonuit de celo dns. Off.
et altissimus dedit uocē
suam et apparuerunt
fontes aquarum alla. Set.
Propicius dne qs h
dona sanctifica. et
hostie spiritalis oblati
one suscepta. nosmet
ipos tibi pfice munus
acceptum. P. do. Com.
Spiritus sanctus doce
bit uos alla quecumq;
dixero uobis alla alla.
Adesto dne. Post co.
qs pplo tuo. et que
mysteriis celestib; imbu
isti. ab hostium furore
defende. P. Fer. iii. sta
tio ad scam anastasiam.
Accipite iocunditatē
glorie uestre alla.
qui uos ad celestia
regna uocauit alla alla
alla. P. Attendite pple
mis legem meam. inclin.
Assit nobis dne. Coll.
qs uirtus spc sanc
ti. que et corda nra cle
menter expurget. et
ab omnib; tueatur ad
uersis. P. eidem. Lc. act.
In diebus illis. apostol.
Cum audissent a
postoli qui erant ihero
solimis quia recepit sa

maria uerbum dei. misi-
unt ad illos petrum et
iohannem. Qui cum
uenissent. orauerunt pro
ipsis ut acciperent spiritum
sanctum. Nondum enim in
quemquam illorum ueniat.
sed baptizati tantum erant
in nomine domini ihesu.
Tunc imponebant ma-
nus super illos. et ac-
cipiebant spiritum sanctum.

Alleluia. V. Loquebantur uarus linguis
apostoli magnalia dei.

Alleluia. V. Non uos
relinquam orpha-
nos uado et uenio ad
uos et gaudebit cor uos-
trum. Sancti Iohannis.

In illo tempore dixit ihesus dis. s.
Amen amen dico uo-
bis. qui non intrat per
ostium in ouile ouium
sed ascendit aliunde. ille
fur est et latro. Qui autem
intrat per ostium. pastor
est ouium. Huic hostiarius
aperit. et oues uocem eius
audiunt. Et proprias oues
uocat nominatim. et
educit eas. Et cum propri-
as oues emisit. ante
eas uadit. Et oues il-
lum sequuntur. quia sci-
unt uocem eius. Alienum
autem non sequuntur sed fu-
giunt ab eo. quia non
nouerunt uocem alie-
norum. Hoc proverbium
dixit eis ihesus. Illi autem
non cognouerunt quid lo-
queretur eis. Dixit ergo
eis iterum ihesus. Amen amen
dico uobis. quia ego sum
ostium ouium. Omnes
quotquot uenerunt fu-
res sunt et latrones. sed
non audierunt eos oues.
Ego sum ostium. Per me
si quis introierit salua-
bitur. et ingredietur et
egredietur. et pascua in-
ueniet. Fur non uenit
nisi ut furetur. et mac-
tet et perdat. Ego ueni ut
uitam habeant. et ha-
bundantius habeant. Off.

Portas celi aperuit do-
minus et pluit illis man-
na ut ederent panem ce-
li dedit illis panem an-
gelorum manducauit homo alleluia.

Purificet nos Sec.
Domine quesumus muneris pre-
sentis oblatio. et dignos
sacra participatione
perficiat. Per. do. Com.

Spiritus qui a patre procedit
alleluia. ille me clarificabit

alla alla. Post com.

Mentes nras qs dne
spc scs diuinis re
paret sacramentis.
quia ipe est remissio o
nium peccatorum. P. et
dem. Fer. iiii. ad scam
Mariam maiorem. Et
nota qd no dr ad hanc
missam. Glia in excel.
qm de reiunio est. s. ad
altam uidel. Spc dni.

Deus dum egrede
reris coram pplo
tuo alla. iter fa
ciens alla. habitans in
illis alla alla. P. Exur
gat ds et dissi. uir. eius. z
Hic dicitur Dns uobcu.

Oremus. collca.

Mentes nras qs do
mine paraclytus qui
a te pcedit illuminet.
z inducat in omne sic
tuus pmisit filius ue
ritatem. P. Qui tec. eidem.
In diebus. Lc. act. aplorum.
illo. Stans petrus cu
undecim. leuauit uoce
suam et locutus est eis.
Viri iudei. et qui habita
tis ierm uniuersi. hoc no
tum sit uobis. z auribus
percipite uba mea. Non
enim sicut uos estima
tis hii ebrii sunt cu sit
hora diei tcia. s. hoc e
qd dictum e p pphetam
iohel. Et erit in nouis
simis diebus dicit dns.
effundam de spu meo
sup omne carnem. et
pphetabunt filii uri z
filie ure. Iuuenes uri uu
siones uidebunt. z senes
uri sompnia sompnia
bunt. Et quidem sup ser
uos meos et sup ancillas
meas in diebus illis effun
dam de spu meo. et pphe
tabunt. Et dabo pdigia
in celo sursum. z signa in
terra deorsum. sanguinem
z ignem z uaporem fumi.
Sol conuertetur in tenebras
et luna in sanguinem.
antequam ueniat dies
dni magnus z manifes
tus. Et erit omnis qui
cumque inuocauerit nom
dominum saluus erit.

Alla. v. Spiritus
domini replouit or
bem terrarum et hoc quod
continet omnia scientia
habet uocis. Hic no re
petitur Dns uobiscu.
s. tm. Oremus coll.

Pra qs omps ds. ut
spc sanctus aduenies

templum nos glie sue
dignanter inhabitando
pficiat. P. eidem. Lc. act.
In diebus illis. apostolorum.
Per manus apl'orum.
fiebant signa et pdigia
multa in plebe. Et erant
omnis unanimiter. in
porticu salomonis. Ce
terorum aut nemo au
debat se illis coniungere.
sed magnificabat eos po
pl's. Magis aut augeba
tur credentium in dno
multitudo uirorum ac
mulierum. ita ut in plate
is eicerent infirmos. et po
nerent in lectis et ingraba
tis. ut ueniente petro.
saltim umbra illius ob
umbraret quemquam illorum et
liberarentur ab infirmi
tatibus suis. Concurrebat
aut et multitudo uicina
rum ciuitatum ierlm. et af
ferentes egros et uexatos
a spiritibus immundis.
qui curabantur omnes.
Alla. v. Factus e
repente de celo sonus
aduenientis spc uehemen
tis. Sedm Johannem.
Illo t. dixit ihc disc. s.
Nemo potest uenire
ad me. nisi pater qui
me traxerit eum. Et ego
resuscitabo eum in no
uissimo die. Est scriptum
in pphis. erunt homines
docibiles dei. Omnis qui
audiuit a patre et dedi
cit. uenit ad me. Non
quia patrem uidit quis
quam. nisi is qui est a deo.
hic uidit patrem. Amen
amen dico uobis. qui
credit in me. habet ui
tam eternam. Ego sum
panis uite. Patres uri
manducauerunt in de
serto manna. et mortui
sunt. Hic e panis de ce
lo descendens. ut si quis
ex ipso manducauit non
moriatur. Ego sum pa
nis uiuus. qui de celo
descendi. Si quis man
ducauerit ex hoc pane. ui
uet in eternum. Et panis
ego dabo caro mea est.
pro mundi uita. off.
Meditabor in mandatis
tuis que dilexi ualde
et leuabo manus meas ad
mandata tua que dilexi
Accipe qs dne mu Sec.
nus oblatum. et di
ligenter opare. ut quod
mysterius agimus. pi
is affectibus celebrem. P.

Pacem meam do uo Com-
bis alla pacem relinquo
uobis alla alla. Pt co.
Sumentes dne celes-
tia sacramenta. qs
clementiam tuam. ut
qd temporaliter gerimus.
eternis gaudiis conse-
quamur. P. Fer. v.
Spiritus domini
repleuit orbem t-
rarum alla. et hoc qd
continet omnia scientiam
ht uocis alla alla alla. Pt.
Omnium est ~~est~~ enim artifex
om. ha. uir. oia. p. coll.
Ds qui hocherna che
corda fidelium sci
spc illustratione docuis-
ti. da nobis in eodem spu
recta sapere. et de eius se
p consolatione gaudere. P. eid.
Nichelz. Lt. act. apostol.
illis. Phylippus des-
cendens in ciuitatem sa-
marie. predicabat illis
xpm. Intendebant aut
turbe hiis que a phylip-
po dicebantur. unani-
miter audientes et uide-
tes signa que faciebat.
Multi enim eorum qui
habebant spc immundos.
clamantes uoce magna
exibant. Multi aut pa-
ralytici et clauchi cura-
ti sunt. Factum est ergo
magnum gaudium
in illa ciuitate.
Alla. v. Veni sce
spc reple tuorum cor-
da fidelium et tui amo-
ris in eis ignem accende.
Alla. v. Paraclytus
spc sanctus que mit-
tet pater in nomine meo
Ille uos docebit omne
ueritatem. Sin lucam
Nullo. t. Conuocatis
ihc duodecim aplis. de-
dit illis uirtutem et
potestatem sup omnia
demonia. et ut languo-
res curarent. Et misit
illos predicare regnum
dei. et sanare infirmos.
Et ait ad illos. Nichil tu-
leritis in uia. neq; uirga
neq; peram. neq; panem
neq; pecuniam. neq;
duas tunicas habeans.
Et in quamcumq; domu
intrauerit is ibi mane-
te. et inde ne exeatis.
Et quicumq; non recepe-
rint uos. exeuntes de
ciuitate illa. etiam pul-
uem pedum uestrorum
excutite in testimonium
sup illos. Egressi aut

circuibant p castella.
ewangelizantes. et
curantes ubiq. off.
Confirma hoc ds qd
operatus es in nobis a
templo tuo qd est in
ihrlm tibi offerent re
ges munera alla. Sec.
Munera dne qs ob
lata sanctifica. et
corda nra sancti spc il
lustratione emunda.
P. eidem. pfac. Qui
ascendens sup oms ce.
Comm. Infra act.
Cnicantes et diem
sacratissimum. Hanc
g oblationem. Requi
re in clio sancto. Com.
Factus est repente de
celo sonus aduentis spc
uehementis ubi erant
sedentes alla. et repleti
sunt oms spu sco loque
tes magalia di alla alla.
Sancti spc post com.
Sancti dne corda nostra
mundet infusio. et
sui roris intima asp
sione fecundet. P. eius
dem. Feria vi. ad scos
aplos. Hic no dicit
Glia in excelsis.
Repleatur os me
um laude tua alla.

gaudebunt labia mea dn
cantauero tibi alla alla.
P. Inte dne spaui. Hic dr
Dns uobcum. Oremus
Da qs ecclie. coll.
tue misericors ds.
ut spu sco congregata.
hostili nullatenus in
cursione turbetur. P.
eiusd. Lc. act. apost.
Si clieb; ill. Aperiens
petrus os suum dixit.
Viri israelite. audite u
ba hec. Ihm nazarenum
uirum approbatum in
uobis. uirtutib; et sig
nis et pcligiis que fe
cit p illum ds in me
dio uri. sicut uos scitis.
hunc diffinito consilio et
p scientia dei. tradetum
p manus iniquorum af
fligentes interemistis.
quem ds suscitauit so
lutis doloribus inferni.
uixta qd impossibile e
rat teneri illum ab eo.
Dauid enim dicit ad eum
Prouidebam dnm coram
me semp. qm a dextris
e michi nec commouear.
Ppt hoc letatum e cor
meum. et exultauit lin
gua mea. insup et caro
mea requiescet in spe.

qm̄ nō derelinquē ani
mam meam ī inferno.
neq; dabis scm̄ tuum
uidere corruptionem.
Notas michi fecisti ui
as uite: replebis me
iocūditate cū facie tua.
Alla. V. Caritas
dei diffusa est in cor
dib; nostris p spm̄ scm̄
qui datus est nobis.
Alla. V. Veni scē
spc̄ reple tuoꝝ corda
fidelium et tui amoris
in eis ignem accende.
Nullo. r. Sm̄ Lucam.
Factū est in una dierū.
et ipse ihc sedebat do
cens. Et erant phari
sei sedentes ⁊ legis doc
tores. qui ueniant ex
omni castello galylee
et iudee et ierlm̄: ⁊ uir
tus erat dn̄i ad sanā
dum eos. Et ecce uiri
portantes in lecto homi
nem qui erat paraly
ticus: et querebant e
um infere et ponere an
te eum. Et nō inueni
entes qua parte illum
inferrent p̄ turba: as
cenderunt sup̄ tectū.
⁊ p tegulas submiserunt
illum cum lecto in me
dium ante ihm̄. Quoꝝ
fidem ut uidit: dixit.
Homo: remittuntur
tibi pcā tua. Et cepūt
cogitare scribe ⁊ phari
sei: dicentes. Quis ē
hic qui loquitur blasphe
mias: Quis potest di
mittere pcā nisi sol
ds: Ut cognouit aut
ihc cogitationes eoꝝ:
respondens dixit ad
illos. Quid cogitatis ī
cordib; uris: Quid ē
facilius dicere dimit
tuntur tibi pcā. an
dicere surge et ambla:
Ut aūt sciatis quia fi
lius hominis potesta
tem ht̄ in terra dimit
tendi pcā: ait paralyti
co. Tibi dico surge. Tol
le lectum tuum: ⁊ ua
de in domū tuam. Et cō
festim surgens coram
illis. tulit in quo iace
bat: et abiit in domū
suam. magnificans
dm̄. Et stupor apphen
dit oms: et magnifi
cabant dm̄. Et reple
ti sunt timore dicen
tes. quia audiuimus
mirabilia hodie. Off.
Lauda anima mea

dnm laudabo dnm in vi
ta mea psallam deo meo
quam diu ero alla. Sec.
Sacrificia dne tuis
oblata conspectib.
ignis ille diuinus as
sumat. qui discipl'orum
xpi tui p spm scm cor
da succendit. P. eius d.
Spc ubi vult spi co.
rat et vocem eius audis
alla. et no scis unde ve
niat aut quo vadat all.
Salla. alla. post co.
Sumpsimus dne sa
cri dona mysterii depre
cantes. ut que in tui
comemoratione nos
facere precepisti. in nre
proficiant infirmitatis
auxilium. Qui vi. &.
Sabbo in. vii. lc. Sta
tio ad scm petrum.
Caritas dei diffusa
est in cordib. nris
alla p inhabitan
tem spm eius in nobis
alla alla. P. Dne ds sa
lutis mee. in die. Hic n
dr. Glia in ex. vet. dns
vobcum. s. tm. Oremus.
Mentib. nris colla
qs dne spm scm
benignus assume.
infunde. cuius & sa

pientia conditi sumus.
Et prudentia guber
namur. P. eius d. lc. Jo
hel' prophete.
Hec dicit
dns ds. Effun
dam de spu meo super
omne carnem. & prophe
tabunt filii vri et filie
vre. Senes vri somp
nia sompniabunt. et
iuvenes vri visiones
videbunt. S. et sup s
uos meos & ancillas
meas in dieb. illis effu
dam de spu meo & prophe
tabunt. et dabo prodigia
in celo sursum. & signa
in terra deorsum. sang
nem et ignem & vapo
rem fumi. Sol convertet
in tenebras. & luna in
sanguine. ante quam
veniat dies dni mag
nus et manifestus. Et
erit omnis quicumque
invocaverit nomen
domini. salvus erit.
Alla. v. Emitte
spm tuum et crea
buntur et renovabis
faciem terre. alia coll.
Illo nos igne qs dne
spc scs inflammet.
quem dns nr ihc xpc
misit in terram. & voluit

uehementer accendi. Qui
tecum. eius de. Lc. li. Deu
In diebus illis. tronomii.
dixit moyses filiis israel.
Septem ebdomadas
numerabis tibi. a die
qua falcem in segetem
misis. et celebrabis di
em festum ebdomadarum
domino deo tuo. Oblationem
spontaneam manus
tue quam offeres iuxta
benedictionem domini dei
tui. epulabis coram
domino deo tuo. tu et filius
tuus. et filia tua. et ser
uus tuus. et ancilla tu
a et leuites qui est intra
portas tuas et aduena
ac pupillus et uidua
qui morantur uobiscum
in loco quem elegerit
dominus deus tuus. ut habi
tet nomen eius ibi. et re
cordabis quoniam seruus fu
is in egypto. custodies
que et facies que precepta
sunt. Sollempnitatem
quoque tabernaculorum cele
brabis per septem dies.
quando collegis de aera et
de torculari fruges
tuas. et epulabis in
festiuitate tua. tu et
filius tuus et filia tua.
et seruus tuus et ancilla.
leuites quoque et adue
na. et pupillus ac ui
dua. qui intra portas
tuas sunt. Septem die
bus domino deo tuo festa
celebrabis in loco quem
elegerit dominus. benedi
cetque tibi dominus deus tu
us in cunctis frugi
bus tuis. et in omni o
pere manuum tuarum
eris que in leticia. Di
cit dominus omnipotens.
Alleluia. V. Loque
bantur uariis lin
guis apostoli magna
lia dei. Oremus coll.
Deus qui ad animarum
medelam ieiunii
deuotione castigari
corpora precepisti. conce
de nobis propicius et
mente et corpore sem
per tibi esse deuotos. Per
Lc. li. deutrono
diebus illis. dixit mu.
moyses. Audi israel.
que ego precipio ti
bi hodie. Cum intra
ueris terram quam tibi do
minus deus tuus datu
rus est possidendam.
et obtinueris eam ac
que habitaueris in illa.

tolles de cunctis fru
gib; tuis primicias et
pones in cartallo. p
gensq; ad locum quem
dominus deus elegerit.
ut ibi inuocetur no
men eius. accedes ad
sacerdotem qui fuit
in diebus illis. et dices
ad eum. Profiteor ho
die coram domino deo tu
o. qui exaudiuit nos.
et respexit humilita
tem nostram. et laborem
atq; angustiam. et e
duxit nos de egypto in
manu forti et brachi
o extento. in ingenti
pauore. in signis atq;
portentis. et introduxit
it ad locum istum et
tradidit nobis ter
ram lacte et melle ma
nantem. Et idcirco
nunc offero primicias
frugum terre. quam
dominus deus dedit mihi. Et
dimittes eas in conspec
tu domini dei tui. et ado
rato domino deo tuo. e
pulabis in omnibus
bonis que dominus deus
tuus dederit tibi.

Alla. v. Factus est
repente de celo sonus
aduenientis spiritus uehementis.

Prima quesumus. Oremus. coll.
Omnipotens deus. ut saluta
ribus ieiuniis eruditi.
ab omnibus etiam uiciis
abstinentes. propiciationem
tuam facilius impe
trem. Per. xl. leuitici.
In diebus illis. dixit dominus
ad moysen. Si in pre
ceptis meis ambulaui
tis. et mandata mea cu
stodieritis et feceritis ea.
dabo uobis pluuias tem
poribus suis. et terra gignet
germen suum. et pomis
arbores replebuntur.
Apprehendet messium tri
tura uindemiam. et uin
demia occupabit semen
tem. Et comedetis panem
uestrum in saturitate. et abs
que pauore habitabitis in
terra uestra. Dabo pacem in
finibus uestris. Dormietis.
et non erit qui exterre
at. Auferam malas besti
as. et gladius non trans
ibit terminos uestros. Perse
quemini inimicos uestros.
et corruent coram uobis.
Persequentur quinque de
uestris centum alienos. et
centum ex uobis decem
milia. Cadent inimici

uri in conspectu uro gla
dio. Respiciam uos et
crescere faciam: multi
plicabimini et firmabo
pactum meum uobis
cum. Comedetis uetus
tissima ueterum: et ue
tera nouis superuenien
tibus proicietis. Ponam ta
bernaculum meum in me
dio uri: et non abiciet uos
anima mea. Ambulabo
inter uos et ero ds uri: uos
que eritis populus meus. Di
cit dominus omnipotens.

Alla. X. Veni sancte
spiritus reple tuorum corda
fidelium et tui amoris in
eis ignem accende. Oremus.

Prima quesumus omnipotens
ds. sic nos ab epu
lis carnalibus abstinere.
ut a uiciis ingruentibus
pariter ieiunemus. P.
Si dieb; l. Daniel. prophete.
illis: Angelus dni
descendit cum azaria
et sociis eius in forna
cem. et excussit flammam
ignis de fornace: et fe
cit medium fornacis
quasi uentum roris
flantem. Flamma autem
diffusa est super fornacem
cubitis quadraginta

nouem: et incendit quos
reperit iuxta fornacem
de chaldeis ministros
regis qui eam incende
bant. Illos autem omnino
non tetigit ignis neque
contristauit: nec quic
quam molestie intulit.
Tunc hii tres quasi ex
uno ore ymnum dice
bant: et magnificabant
dm in fornace dicentes.

Alla. X. Benedictus
es domine ds patrum
nrorum et laudabilis in scla.
Luc. dr. Dns uobiscum.

Ds qui Oremus. coll.
tribus pueris inti
gasti flammas ignium.
concede propicius ut nos
famulos tuos non exu
rat flamma uiciorum. P.

Et sciendum quod ad
hanc missam collecta
de ba uirg. semper di
cetur in ordine suo.
Si Lc. act. apostolorum
dieb; ill. Conue
nit uniuersa ciuitas
audire uerbum dni.
Videntes autem turbas
iudei repleti sunt ze
lo: et contradicebant
his que a paulo dice
bantur. blasphemant

tes. Tunc constanter pau
lus et barnabas dixe
runt. Vobis oportebat
primum loqui ver
bum dei. sed quoniam repelli
tis illud. et indignos
vos iudicatis eterne
vite. ecce convertimur
ad gentes. Sic enim pre
cepit nobis dominus. Po
sui te in lucem gentibus.
ut sis in salutem usque
ad extremum terre.
Audientes autem gentes
gavise sunt et glorifi
cabant verbum domini. et
crediderunt quotquot
erant preordinati ad vi
tam eternam. Disseminabatur autem verbum
domini per universam regi
onem. Discipuli autem
replebantur gaudio.
et spiritu sancto.

Alla. V. Laudate do
minum omnes gentes
laudate eum omnes populi.
Nullo t. Sin lucam.

Surgens ihc de syna
goga. introivit in do
mum symonis. Socrus
autem symonis. tenebatur
magnis febribus. Et
rogaverunt illum pro
ea. Et stans super illam
imperavit febri. et dimi
sit illam. Et continuo sur
gens. ministrabat illis.
Cum sol autem occidisset.
omnes qui habebant
infirmos varius lan
guoribus. ducebant illos
ad eum. At ille singulis
manus imponens. cu
rabat eos. Exibant
autem demonia a mul
tis. clamantia et dicen
tia. quia tu es filius dei.
Et increpans non sine
bat ea loqui. quia scie
bant ipsum esse xpm. Fac
ta autem die. egressus i
bat in desertum locum.
et turbe requirebant
eum. Et venerunt us
que ad ipsum. et detineb
ant illum ne discederet
ab eis. Quibus ille ait.
Quia et aliis civitati
bus oportet me evange
lizare regnum dei. quia
ideo missus sum. Et e
rat predicans. in syna
goga galylee. Off.

Domine deus salutis
mee in die clamavi
et nocte te intret oratio
mea in conspectu tuo domine. alla.

Ut accepta tibi Sec.
sint domine nostra ieiu

Iudei autem concitaverunt
religiosas mulieres et honestas
et primos civitatis et excitaverunt
persecutionem in paulum et barnabam
et eiecerunt eos de finibus suis
[illegible]

nia. pr̃a nobis q̃s. huius
munere sacramenti pu
rificatum tibi pectus
offerre. P dñm. n. Co.
Non uos relinquam or
phanos ueniam ad uos
iterum alla et gaudebit
cor ur̃m alla alla. Pr̃ co.
Prebeant nobis dñe
diuinum tua sc̃a
feruorem: quo eorum
pariter et actu delecte
mur et fructu. P. De
sc̃a trinitate.
Benedicta sit
sancta trini
tas atq; in
diuisa uni
tas confi
tebimur ei
quia fecit
nobiscum mi
sericordiam suam. P. Be
nedicamus patrem et filium.
cum sancto spiritu. Coll.
Omnipotens semp̃ d̃s qui
dedisti famulis tu
is in confessione uere
fidei eterne trinitatis
gloriam agnoscere: et
in potentia maiestatis
adorare unitatem: q̃s
ut eiusdem fidei firmi
tate. ab omnib; semp̃
muniamur aduersis. P.

Ad chorinthios.
Fres: Gaudete
pfecti estote: et hor
tamini idem sapite.
Pacem habete: et d̃s
pacis et dilectionis e
rit uobiscum. Gracia
dñi nr̃i ihu xp̃i et ca
ritas dei: et comuni
catio sc̃i spiritus. sit
semp̃ cũ omnib; uobis. Am.
Benedictus es. Bn̄
domine qui intueris ab
yssos et sedes sup̃ che
rubyn. V. Benedictus
es domine in firmamen
